255
1 — E
18

Philippus Bissius Delin. Simon Durellus Sculp.

ROMA

IMPERATORVM
ROMANORVM
NVMISMATA
A POMPEO MAGNO AD HERACLIVM

AB ADOLFO OCCONE OLIM CONGESTA,

Nunc Augustorum Iconibus, perpetuis Historico-Chronologicis notis, pluribusque additamentis illustrata, & aucta.

SAC. CÆSAREÆ, ET REGIÆ MAIESTATI
INVICTISSIMI, ET CLEMENTISSIMI

LEOPOLDI PRIMI

OPTIMI MAXIMI; AVGVSTORVM AVGVSTI

EXHIBITA

STVDIO, ET CVRA

FRANCISCI MEDIOBARBI BIRAGI

S.R.I. Comitis, & Regiæ Ciuitatis Papiæ Decurionis.

MEDIOLANI

Ex Typographia Ludouici Montiæ. MDCLXXXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

ROMANORUM
NUMISMATA
A POMPEO MAGNO AD HERACLIUM

Nunc diligenter Locupletata, perpetuis Historico-Chronologici, variis,
plurimisque additamentis illustrata, & aucta.

INVICTISSIMI, ET CLEMENTISSIMI

LEOPOLDI PRIMI

OPTIMI MAXIMI AVGVSTORVM AVGVSTI

STVDIO, ET CVRA

IMPERATORI CAESARI
D. FERDINANDI III. PACIFERI FILIO,
D. FERDINANDI II. BOHEMICI, ET PANNONICI
NEPOTI

LEOPOLDO AVSTRIACO

OPT. MAX., SARM. MAX., PANNON. MAX.

P. P.

SALVTEM, VICTORIAS, TRIVMPHOS.

Victoria cum Trophæo Gemma antiqui operis scalpta, & in munitione oppidi, quo sedem belli contra Neronem Ser. Galba delegerat reperta, & fauſtum belli omen, & ipſum Iuſtum, Pium, & fauentibus Dijs ſuſceptum deſignare credita eſt LEOPOLDE AVGVSTORVM AVGVSTE. Nec ſecus excipias velim inter bellicos hos turbines, quibus feruet Europa, atque Aſia, hæc meo ſtudio, ex Vetuſtatis ruderibus eruta, atque in vnum congeſta Impp. Romanorum Numiſmata, quæ tuo ſemper AVGVSTO, ſemper VERENDO, ſemper FELICI nomini (pro mea, & Proauorum meorum, erga M. T. C. & S. R. I. obſeruantia) ſubijcio, & ſacro; vt ex vectigalibus hiſce Emblematis, quæ ſunt CÆSARIS, CÆSARI reddita intelligas, ſimulque in tot Auguſtorum impreſſis Victorijs, ac Triumphis, innumeros, quos tibi ominor, AVGVSTORVM CLEMENTISSIME, AC MAXIME, intuearis. Quid enim aliud portendunt VICTORIÆ IVSTÆ, ÆTERNÆ, DACICÆ, AVGVSTÆ, GERMANICÆ, & PARTHICÆ Numiſmatibus ſignatæ, quam victori tuo capiti laureas Dacicas, Pannonicas, Germanicas, Thraciaſque acceſſuras? TRIVMPHI, AVGVSTI, PARTHICI, QVADI, quid aliud prænunciant, quam ſubactis Pannonibus, deuictis Barbaris, PACE in S. R. I. PERPETVA FVNDATA, te GENTIVM BARBARARVM TRIVMPHATOREM, FVNDATOREMQVE PACIS? Quid aliud ominantur Trophæa varia, abiecta ad pedes Cæſarum Rebellium capita, Quadrigæ Triumphales, Victoriæ Laureas Impp. capitibus imponentes, Signum denique Conſtantino Magno Diuinitùs oſtenſum, quam te IN HOC SIGNO VBIQVE VICTOREM? DANVVIVS iacens, DACIA CAPTA, PANNONIÆ, ASSYRIA, ET PALÆSTINA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE, ARABIA, & DACIA AVG. PROVINCIÆ, ASIA, denique AFRICA, & EVROPA an non iuſtis, ac victricibus tuis Armis, Daciam, Pannoniam, Terrarumque Orbem ipſum ceſſurum augurantur? REX PARTHIS, REX ARMENIS, REX QVADIS DATVS, quid aliud, quam

Reges

Reges subijciunt à tuo nutu pendentes, & REGNA tuis virtutibus Diuinitùs plura ADSIGNATA? Adde RESTITVTIONES ASIÆ, DALMATIÆ, ITALIÆ, DACIÆ, MACEDONIÆ, & SARMATIÆ, quæ te HVMANI GENERIS, SÆCVLI, REIPVBLICÆ, totiusq; ORBIS RESTITVTOREM pollicentur. PROVIDENTIA denique, CLEMENTIA, IVSTITIA, TRANQVILLITAS, CONCORDIA, PAX, SALVS, GLORIA PERPETVA, nonne SALVTEM PVBLICAM, SECVRITATEM IMPERII, GAVDIVM REIPVBLICÆ, GLORIAMque NOVI SAECVLI SAPIENTIA PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI LEOPOLDI TER MAXIMI PACE VBIQVE PARTA certissimo VIRTVTIS AVGVSTAE augurio designant? Age igitur Inuictissime CAESAR, VOTA ORBIS imple, tot, tantisq; Augustis Augurijs fultus EXERCITVS GERMANICOS, DACICOS, AVGVSTOS, VIRTVTE, FIDE, & CONCORDIA MILITVM semper Victores AVGVSTA EXPEDITIONE, BONI EVENTVS securus, in hostes dirige, FORTVNA, & VIRTVTE AVGVSTI videbis vbique Barbaros stratos, Rebelles sub iugum missos, Prouincias receptas, ipsisque tuis XXV. VICTORIAS LAETAS, PROVIDENTIA, & FELICITATE AVGVSTA, VIRTVTEQVE EXERCITVS partas cum SECVRITATE, & GLORIA REIPVBLICAE TRIVMPHO AVGVSTO produces. Faxit Deus vt SIC XXX. SIC XXXX. SIC SAECVLARIA SACRA Imperij tui celebrentur, Beata enim TRANQVILLITATE, VIRTVTE, & PIETATE INVICTI AVG. restituta, LAETITIA FVNDATA Terrarum vniuersus Orbis fruetur. PROPAGINEM interim IMPERII, BONOQVE REIPVBLICAE NATVM IOSEPHVM ARCHIDVCEM INVICTI PII FILIVM spem Reipublicæ, CAESAREMQVE DESTINATVM, vt PLVRES videat NATALES FELICES, SOSPITATOR, CONSERVATOR, SALVTIS DEFENSOR, AVGVSTORVMQVE TVTATOR, DEVS ROMANORVM ADIVTOR, sospitetur, tueatur, AETERNA FELICITATE, PERENNITATEQVE AVG. donet, vt supplex humilissimis, feruentissimisq; votis ad sacros M. T. C. pedes proiectus, in subiectionis, obseruantiæ, grati animi, deuotionisque Tesseram precatur.

DEV. N. MSQ. EIVS

Mediolani Kalendis
Ianuarij Anni 1683.

Franciscus Mediobarbus Biragus.

LEC-

LECTORI BENEVOLO
AVCTOR SALVTEM.

Olent qui libros in publicum emittunt, præfando consumeti operis occasionem, antiquitatemque designare. Horum calcare semitas animus est amicè, ac eruditè Lector, vt & operis rationem, & hoc non tantum Antiquorum Numismatum studio accomodatum, verùm Vniuersali Historiæ facem præferens, cunctisq; studiorum generibus nescas deservire: Et nisi Eruditissimus Eques Carolus Patinus & in Præfatione ad Familias Romanas Fuluij Vrsini à se auctas, & in Historia Numismatum Gallicè scripta, & post eum sæculi decus Clarissimus Ezechiel Spanhemius, edito insigni, numquamque satis laudato opere, præstantiam, & vsum Numismatum antiquorum iam satis abundè, erudite, & doctorum omnium plausa in litteras mississent, primo loco de his mihi differendum esset, sed cum iam Spartham hanc, vt dixi, feliciter impleuerint bina hæc Sæculi lumina, ad operis mei transeo occasionem, quam præbuit Adolphi Occonis Liber, qui vt vberior cæteris de re Nummaria in lucem emissis, insignique eruditione refertus, maximèque Numismatum studium iuuans; ita iam cum Sæculo senescebat. Edita post eum à Gorleo, Hulsio, Tristano, Angellono, Patino, Vaillantio, Seguino, Sponnio, Æsanio, Hemellario, Occelio, Bellorio, Tarutæ, Augustino, Spanhemioque, ac cæteris huius Sæculi rei Nummariæ Scriptoribus, tot, tantaque eiusdem supplementum suadebant; Sed quis tanto oneri par? vbi laboris patientia requirenda? plura euendanda, plura illustranda, plura adornanda antequam opus attingeretur: Supplementum Numismatum, opus, & labore, & patientia maxima constans, Fastorum describitio, & ad Nummorum fidem accomodatio, opus vt nouitate fortè placiturum, sic fortè audacia nomen meriturum. Fluctuans in ancipiti, Fastorum Imperialium ordini manum apposueram, cum Romæ degens Aprili 1679. D.D. Abbatis Raphaelis Fabretti, ac Francisci Camelli insignium eruditione, totoq; Orbe notorum Virorum consilium exquisiui, qui ea qua solent humanitate opus aggredi viriliter Gloriæ argumentis suasere, difficultatem fassi, eam studio, & tempore vinci posse affirmarunt: seriò hic meditari opus incepi, paucosq; post dies reuersus in Patriam Fastis Imperialibus consumatis ineunte Octobri eiusdem Anni manum operi admouco, Occonis Numismatibus singulis exscriptis, iisdem sedes secundùm Chronologia regulas assigno, ea cum Musæ nostri Numismatibus primo loco confero, addenda addo, subinde tam ex Auctoribus Occonem subsecutis, quam ex Amicorum scriptis, ac scrinijs augmentum operi quæro, excreuit hoc, & in immanem confurgit molem, hinc bipartiendum necessariò existimo, & vt Libri deformitas tolleretur, & ob Argumenti Latinorum, à Gracis diuersitatem; Latina enim Numismata, vel circà Chronologiam, Fastosque, vel circà gesta Imperatorum versantur, Graca verò, & Coloniarum, solam respiciunt antiquam Geographiam, paucaque Graca Annos Imperij designant, non characterè historico, sed nuda litterali nota, vnde argumenti diuersitas, operis etiam monebat partitionem. Accedebant Clarissimi, & in re antiquaria præstantissimi Ioannis Vaillantij promissa, quibus totus eruditus Orbis fidens, breui Coloniarum, & Graca Numismata eiusdem laboribus sperat illustrata videre; nec D. Equitis Patini probati labores, & ditissima Inscriptionum Gracorum Nummorum panus, quam publici iuris facere parat, aliud suadebant, quam operis diuisionem, post enim emissa vel Vaillantij, vel Patini opera frustra laborassem, horum enim messorum manus nulla effugiens spica; Hinc decreui opus bipartire, primo volumine Latinis, altero Coloniarum, & Gracis Nummis assignato; Sed cum Serenissimus, Clementissimusq; Princeps Magnus Dux COSIMVS III. Hetruriæ feliciter Imperans Coloniarum Nummos nuper ex Hispania receptos describi à Reuerendissimo P. Noris, mihique cum alijs transmitti benigniter indulserit, Talentum à tanto Principe acceptum in Terram fodere nolui, sed publici iuris facere statim decreui, hinc, Coloniarum Nummos Latinis subtexui, tantèque libentiùs hoc peregi, quod nec volumen eorum accessione deformaretur, & Lector ordinem, quem in Græcis digerendis secuturus sum ex ordine Coloniarum poterit agnoscere. Nè verò eorum vultus desideraret, quorum gesta ex Nummis noscebas, curaui à perito Artifice Simone Durello singulorum Impp. Augustorum, & Tyrannorum ora ex Nummis petita in æs incidi, diligentia, vt videre est, satis exquisita, quo & opus exornatum est, & curiositati plerorumque factum satis; & quia cunctorum Augustorum memoria Latinis Nummis consignata non fuit, nè opus ex parte mutilum videretur, necessariò Græcis Nummis Latinorum defectum supplere statui, sicque vbi Latinos non inueni, Nummos Gracos reposui, vt interim dum Græcorum volumen ad iustam consumationem perueniet (quod biennio Deo dante futurum spero) bis fruare amicè, ac eruditè Lector.

Quo verò ad Chronologiam, & Fastos attinet, Scio plurium censuram effugere non posse, cùm pluries à receptis Panuinij Fastorum Patris, Golzij, Eminentissimiq; Cardinalis Baronij, cæterorumque necessariò placitis, sed rogo, atque obsecro à censura tantisper supersedeant, opere enim peculiari, quod breui emissurum spondeo, Antiquos omnes Fastos Nummorum, & Inscriptionum fultus testimonio, auxilioque Eruditissimi P. Noris restituere tentabo; interim sciant me Fastos ad fidem Nummorum accomodare, non Nummos ad fidem Fastorum debuisse.

✣

Stel-

Stellulis additamenta adnotauimus, vt facilius, quid in hac editione actum sit appareret, Auctorumque nomina apposuimus, vt & fides dictis conciliaretur, & si quid ab his peccatum in descriptione Nummorum, mihi non imputaretur. Singulis Annis character Historicum ex probatissimis Auctoribus addidimus, & vt facilius Historicorum placita Nummorum testimonio firmari possent, & vt sic enucleata Historia Lectorum animos facilitate ad se pertraheret. Et quia sudante prælo plura ab Amicis accepi, quæ suo loco reponere tam impossibile erat, Addendorum Catalogum statim sub finem operis subtexui, ne pretiosorum aliquot Cimeliorum memoria excideret. Indicibus quinque labore Herculeo compactis opus ornaui, vt facilitate manuductente ex fervet Antiquitatis studium. Indicem Impp. nomina Alphabetico ordine referentem operi præposui. Posposui vero primo loco Indicem Partium aduersarum, in quo digerendo vt nulla necessaria omisi. Sic Aduersarum partium Inscriptiones, quibus soli Magistratus describuntur, puta IMP. VI. COS. III. Tr. P. M. TR. P. COS. &c. præterij, ea enim ex Inscriptionibus Magistratuum Augustorum, singulis annis præpositis, petenda sunt, tum ex his patet quo anno quis TR. P. inceperit, continuauerit, vel consumauerit. vt & sic de cæteris Magistratibus. Hunc subsequitur Index, quo secundum ordinem Alphabeticum Familiarum, illustrium Virorum nomina in Nummorum aduersis partibus occurrentia digeruntur. cui succedit Coloniarū, & Municipiorum toto opere descriptorum Index, extremumque locum claudit Index tum Auctorum, quam Musæorum Eruditorum, Illustrumque item Amicorum, quibus tuendis hoc operis supplementum paratum est. Venio nunc ad scopulum, in quem omnis impingit librorum nauis, errores dico, quorum numerus certè non exiguus, sed si spectes & molem operis, & Argumentum paucis cognitum Mediolani, vbi impressio processit, ex quo mihi necessario corrigendi onus incubuit, fateberis vemia aliqua dignum hominem, qui & priuatis negotijs alligatus, & operi digerendo, & pluribus rebus necessario rhetonius, Typographica errata omnia non animaduertit, quadamque scripsit, quæ correctionem merentur; hinc antequam opus insuetas erratorum tabulam ex recentione Eruditissimi, Reuerendissimique P. Noris adeas quæso, vt ea manuducente ad illud securus accedas.

Et quia contra vtilitatem operis scio quosdam sic declamare: quorsum hæc? volumine tam amplo quid præter Numismatum descriptiones contionntur? cui hoc scripta? Antiquarijs, quibus Numismatum delectatione tenentur? hi vel pauci, vel rem satis edocti tuo labore carere poterant, quid cum hoc Politici, quid Insidentes, quid cæteri denique studiosi? Inanis labor, incassum cessurus: ideò eorumdem obiecta deluturus sic respondeo. Opus meum, argumento, dispositione, fine, cunctis studiosis, non physicè necessarium, sed moraliter vtile futurum. Antiquarij, quibus Numismatum delectatione tenentur plura ex eo excipient, dispositionem, seu seriem Nummorum facilitate quam maxima, duce opere meo peragent, ex eo enim, quo Anno rerè singula Numismata cusa sint intelligent, ad quas Victorias, cæteraque gesta sint referenda, tam in characteribus Historicis singulorum annorum, quam in notis ad pleraque Numismata ex Historicis petitis, inueniene. Chronologi exactam Annorum Immortalis Vrbis, & Dyonisiana Epocha comparationem, Imperatorum Epochas, Consulum nomina (inter quæ plura restituta) Magistratus Augustos suo loco reponentes offendent. Politici ex notione antè actorum ab Augustis (quæ omnia Nummis configuata inuenient) monita agendorum ab exemplis accipient, quibus loco, & tempore cum fructu utantur. Insidicentes ipsimet quid non inuenient? primò Augustorum, qui legibus subscripsere vultus noscent, Annum subscriptionis ex Consulum nominibus colligent, ordinem, seriemque ipsorum accipient, quod maximè necessariam monuit eruditissimus I. C. Dyonisius Gothofredus, qui dum leges Cod. Theodosiani illustrauit antè omnia Chronologicam dispositionem vt apprimè necessariam suo operi præteuit. Historicis, tam Sacris, quam Profanis, Pictoribus, Poetis, Philologisque cæteris quid non conferet hoc opus? Notitiam Historiæ adamussim enucleatæ, temporum seriem exactè expansam, Gesta Augustorum bona fide, certissque testibus enarrata, eorundem ora ex nummis Synchronis testibus genuinè relata, omnisq; denique Antiquitatis, Deorum, Dearumque, Magistratuum tam Ciuilium, & Religiosorum, quam Militarium, Dignitatum, Instrumentorum, Armorum notitiam, Deorum, Heroum, & Virtutum Iconologiam, Vestiumq; formam, & cætera descript a inuenient. Sexus denique vt pulchritudine excellens, sic fragilitatis alexipharmacis maximè indigens, ibidem Pudicitiam, Concordiam, Facunditatem, cæteraque fœmineas dotes Augustalibus in Nummis oblatas offendent, quibus innatus virtutis amor augeatur, exemplisq; virtus firmetur. Aduersariorum obiectis sublatis, duo sunt quæ à te petam candidè, & eruditè Lector, primum vt erratis ignoscas, meque melioribus eruditas, alterum vt studia nostra iuues, tam in concinnando Volumine Græcorum, quam in augendo hoc Latinorum, & Coloniorum, ad me transmittens quotquot nancisci poteris descriptiones Nummorum tam Græcorum, quam Latinorum, & Coloniarum præsenti volumine non descriptorum, spondeo enim cum Græcorum voluminę, Auctarij nomine publicè iuris facturum quidquid, vel ex Latinis, vel ex Coloniarum Nummis operi meo tua benignitate accedet. Interim vale, & faue,

INDEX

INDEX
ERRORVM CORRIGENDORVM.

BIBLIOTECA NACIONAL
ROMA

Pag. 2. *lin.* 8. Pulcra, *lege* Pulcro,
pag. 4. *A.V.C.* 706. Cæsar ictum in Africam traiecit, *lege* Cæsar in Africam traiecit,
Pacem cum Pompeio facit. *lege* Pacem cum Pompeio tentat.
pag. 5. *A.V.C.* 708. Quum hoc anno geſſiſſe probabile eſt, *lege* certum eſt.
Cuſſiſſe. *lege* cuſiſſe,
VI. Vir Epulonum. *lege* VII. Vir Epulonum.
Nummo ultimo. A. HIRTIVS PR. *Male explicatus* PR. *cum ad Præfectos retuli, nam ſtirtius hoc anno non Præfectus Vrbis, ſed Prætor fuit, unde ad Præturam tiuſdam referendus Nummus.*
pag. 6. *A.V.C.* 710. Kal. Martij. *lege* Idibus Martij.
pag. 7. *lin.* 47. III. VIR. *lege* IIII. VIR.
pag. 8. Phenicizæ. *lege* Phœniciæ,
Suetoni 31. *lege* Patin. Suetonio f. 31.
pag. 9. *lin.* 6. Reſponſum daret. *lege* reſponſa daret.
pag. 12. *in Coſſ. A.V.C.* 714. Domitius Caluinius, Aſinius Pollo, *lege* Domitius Caluinus, Aſinius Pollio.
eodem anno. Triuiratu abdicare, *lege* Triuiratu ſe abdicare,
A.V.C. 740. *Nummum Paulli Portiscu reſectionem indicantem, ad Lapidum P.M. retuli, quod mendoſe factum docet me Reuerendiſſimus P. Noris, dum Cænotaphiorum Piſanorum pag.* 245. *hoc opus nomine M. Æmilij Lepidi Cenſ. A.V.C.* 759. *& III. Viri Nepotis factum, eruditiſſime demonſtrat, quod & Dionis textu firmatur.*
pag. 13. *Initio.* SEX. POMPEIVS MAGNI F. SEX. NEP. *lege* MAGNI F. CN. NEP.
In Vita M. Antonij. L. Antonium Patruum proſcripſit. *lege* L. Cæſarem Aununculum ſuum proſcripſit.
pag. 14. *ſub A.V.C.* 707. M. Antonius &c. Imp. dictus eſt A. V. C. 691. &c. *lege* Imp. dictus eſt A. V. C. 710. cum ad Exercitum circà Mutinam profectus eſt.
pag. 18. *lin.* 36. Cudere iuſſit. *lege* cudi iuſſit.
lin. 39. In eius locum. *lege* in ſuum locum.
pag. 19. *lin.* 39. Partim vim. *lege* Partim vi.
pag. 22. *lin.* 2. Sub Auguſto vſque ferreretur. *lege* ferretur.
pag. 24. *lin.* 18. Illuſtrat nummo. *lege* nummum.
lin. antepen. Bogudis Regis. *lege* Bocchi Regis.
pag. 33. *A.V.C.* 743. *Nummus in quo cum Inſcriptione* C. MARIVS PRO III. VIR *tria capita Caij, & Lucij Agrippa Filiorum, & Iulia Aug. Filia ſculpa viſuntur, ad A.V.C.* 748. *referendus.*
pag. 36. *Coſſ. A.V.C.* 741. *ſic reſtituendi ſunt.* Ti. Claudius Nero. P. Quinctilius Varus.
pag. 41. *A.V.C.* 760. Cenotap. *lege* Cœnotaph.
pag. 42. *A.V.C.* 767. AD. XIII. *lege* A. D. XIII.
In Triuiris &c. De Pyrro Rege. *lege* De Pyrrho Rege,
ibidem. Corynthum. *lege* Corinthum.
pag. 44. *lin.* 32. Expanſis Alli. *lege* expanſis alis.
pag. 46. *In Nummis Bibliis.* L. COR. CALDO. *lege* L. COR. CALIDO.
In Nummis Cæſar-Auguſta. TIB. FIANO FABIO GER. M. V. II. VIR. *lege* TIB. FIANO FABIO GER. II. VIR.
L. CASSIO C. VAL. CEN. &c. *lege* L. CASSIO C. VAL. FEN. II. VIR.
pag. 47. *lin.* 1. TIB. CLOD. FIANO. *lege* TIB. CLOD. FINO.
In Calaguris Nummis. L. B. BEBI. *lege* L. BEBI.
M. LIC. CAEL. *lege* M. LIC. CAPEL.
Q. ANTONI, C. FABI. *lege* Q. ANTONI. L. FABI.
In Nummis Carthcia. Cuius Regia fuit, *lege* quorum Regia fuit.
pag. 48. *In Nummo primo Ebora.* Flagellus, Vrceolus &c. *lege* Flagellum, Vrceolus.
pag. 49. *In Nummo primo Ilitici.* MON. T. II. VIR. *lege* MONT. II. VIR.
In Nummo ſecundo. CCI. I L. A. *lege* C. C. II. A.
In Nummo nono Incertorum. Capeduncula, Flagrum, *adde* ſeù Aſpergillum.
pag. 50. *In Nummis Iulia Celſa.* C. VI. *lege* C. V. I.
pag. 52. *In Municip. Turiaſ.* Neotericis Tarracona. *lege* Neotericis Tarazona.
pag. 53. *lin.* 22. Animæ in Cælum erant. *lege* Animæ in Cælis erant.
pag. 55. *A.V.C.* 727. M. AGRIPPA L. T. COS. III. &c. *lege* L. F. COS. III. &c.
pag. 56. *A.V.C.* 736. Tribunicias poteſtatem. *lege* Tribunitiam poteſtatem.
In Vita Iulia. Peccandi licentiam metiens. *lege* Peccandi iccitia metiens.
ibidem. vbi à Scribonia. *lege* quo à Scribonia.
pag. 57. *A.V.C.* 752. Ptim. Iuurnt. *lege* Prine. Iuuent.
pag. 59. *in fine Vita Druſi.* Pedonis Albinouati. *lege* Pedonis Albinouani.
pag. 61. *A.V.C.* 747. *in Anno Redditus Tiberij erratum, & reponendum pro* A. V. C. 752. A. V. C. 755.
pag. 62. *lin.* 8. Aquilla. *lege* Aquila,
Et in Coſſ. 763. *ſic ſcribe.* C. Iunius Sillanus,
pag. 63. *A.V.C.* 766. *Duo poſtrema huius anni Numiſmata ſpectant ad annum ſequentem, cum tanta tantum poſt Auguſti mortem Tiberius* AVGVSTVS *dictus fuerit.*
pag. 69. *in ſecundo Nummo Calaguris.* L. FVL. SPAROSO. *lege* L. FVL. SPARSO.
In Clunia tertio Nummo. C. N. POMP. *lege* CN. POMP.
In Incertorum primo. Super Ara, *lege* ſuper Aram.
pag. 80. *nummo primo.* Patin. Sueton. 218. *lege* Sueton. 218.
pag. 81. *poſt medium.* In procinctu eſſe dicebantur ue. *lege* eſſe dicebantur.
pag. 88. *in Nerone.* Humum primum perſoſſum. *lege* primum perſoſſam.
lin. antepenultima. Principes Iuuentutis nomini. *lege* Principis Iuuentutis nomini,

pag.

pag. 99. ante finem. Alia procumbuit. *lege* alia procumbit.
pag. 101. nummo secundo. LIBERTAS XL. S.C. *lege* LIBERTAS XL. R.S.C.
pag. 104. dextra. *lege* dextra.
pag. 107. in Vita Vespasiani. Exprobault in Bubulcus. *lege* exprobrault ei Bubulcus.
pag. 118. in num. Seuer. Patin. Ind. 80. *lege* Ind. 8.
pag. 119. in primo nummo Titi. Romæ missam. *lege* Romam missam.
pag. 128. A. V. C. 822. Nil hostilem metuebatur, ad Duces Parthium &c. *lege* nil hostile metuebatur, ad Duces Partium &c.
pag. 131. lin. 15. Nimis sit caloris. *lege* nimij sit caloris.
pag. 132. A. V. C. 835. Acerruus spoliatum. *lege* Acceruus spoliorum.
pag. 136. A. V. C. 841. Fecit & Ludos Sæculares &c. quo Claudius proximo, sed quod olim &c. *lege* Anno quo Claudius proximè, sed quo olim.
pag. 142. nummo sexto Iulie. Figura Galeata &c. *lege* Figura velata.
pag. 143. circa finem in enarratione Congiarij Neruæ. Hunc statim post delatum &c. *lege* hoc statim &c.
pag. 153. circa medium. PIET. Figura stans &c. sinistra Hastam &c. *lege* Typus Pietatis ad Aram sacrificantis.
pag. 154. ad Portum Ancon. in antiquum ex uti Nummum cum Inscriptione POR. AVG., *sed aliter Inscripto huius Portus suadet, in ea enim Traianus T. R. P. XVIIII. scribitur, vnde ad A. V. C. 869. Portus huius constructio referenda, Numusque testis Portus prope Centum Cellas à Traiano ædificati esse potest.*
pag. 160. lin. vltima. DIVVS PATER RTAIAN. *lege* TRAIAN.
pag. 162. A. V. C. 809 Nisibi, & Seleucia receptus. *lege* receptis.
pag. 166. in Mantuana. Vide quæ his copiose disputat. *lege* quæ in copiosè &c.
pag. 167. in Hadriano lin. 6. Quos & initio Principatus. *lege* quos & initio Principatus.
pag. 168. post medium. Congiarium primum distribuit, hunc verò. *lege* hoc verò &c.
pag. 170. ante medium. Reliqua veterâ Traiano. *lege* ab Hadriano &c.
pag. 189. Inscriptione Gruteriana. PROCOS. XV. IIII. VIR. *lege* PROCOS. XV. VIR.
pag. 201. in nummo penultimo A. V. C. 904. Alia fœmina. *lege* alia fœminea.
pag. 208. lin. 5. Duæ lunculæ. *lege* duæ leunculæ.
pag. 222. A. V. C. 924 in primo nummo Æ. Diana stans dextra Hasta. *lege* dextra Hastam.
pag. 222. Trunco Palmæ impositò quem sustinet. *lege* quod sustinet.
pag. 226. A. V. C. 930. Aceruus spoliarum. *lege* spoliorum.
pag. 227. lin 3. Eadem alligata. *lege* eidem alligata.
pag. 232. lin 8. Bigæ Elephantorum, in quas sedet. *lege* in quibus sedet.
pag. 233. Cos. A. V. C. 928. M. Salvius Iulianus. *lege* Iulianus.
pag. 240. Ad Annum V. C. 919. spectant nummi omnes sequenti folio cusi cum Veri, & Commodi Cæsarum imaginibus, & ab Anno V. C. 925. eradenda nota Verus Commodi Frater CÆSAR dicitur.
pag. 242. A. V. C. 930. Occo scripsit P. M. TR. P. II, *quod & retinui, sed debet omnino reponi* PONT. *nam* P. M. *non erat hoc* TR. P *anno Commodus.*
pag. 243. A. V. C. 932. Cos. T. Annius Verus. *lege* T. Annius Verus II.
pag. 245. A. V. C. 934. Figuræ mulieris stantis. *lege* Figuræ mulieris stanti.
pag. 248 in Cos. A. V. C. 939. L. Eggius Marcellus. *lege* Marullus.
pag. 249. ante medium. Aliud Clypeum. *lege* alium Clypeum.
pag. 254. A. V. C. 943. Cybele sacrificat. *lege* Cybeli sacrificat.
pag. 267. in Vita Seueri. Promptum excogitandis. *lege* promptus excogitandis.
pag. 271. A. V. C. 950. XII. Kal. Martij. *lege* XI. Kal. Martij.
pag. 273. A. V. C. 953. Depictas in tabulis pugna. *lege* depictas in tabulis pugnas.
pag. 276. lin. 6. ante finem. Ad formam Ceteris inntorum. *lege* ad formam Ceteris initiorum.
pag. 287. in vltimo nummo A. V. C. 955. ANN. AVG. *lege* ANN. AVGG.
lin. 6. ante finem. Alia stans circa Aram. *lege* aliæ stant &c.
pag. 290. A. V. C. 953. in vltima nummi explicatione. Forte Congiarium Militibus &c. *repone* fortè donatuum Militibus.
pag. 293. in medio. Securiuati. *lege* Securitati.
pag. 295. in Cos. A. V. C. 970. C. Brutius Præsens. *lege* Bruttius Præsens.
pag. 296. lin. 5 ante finem. Cælosyria. *lege* Cœle Syria.
pag. 298. in Vita Geta lin. 6. Vtrisque consentientibus. *repone* vtroque consentiente.
pag. 299. A. V. C. 953. Ctesiphontis. *lege* Ctesipho.
pag. 301. circa medium Inscripsio Princ. Iuuent. Cos. Des. II. *pertinet ad Annum V. C. 960.*
pag. 304. lin. 7. Hoc anno distributas. *lege* hoc anno distributam.
pag. 305. A. V. C. 970. Cos. Brutius Præsens ... Extricatus. *repone* C. Bruttius Præsens. T. Messius Extricatus.
pag. 307. lin. 11. Aurigante Imperatore à Victoria &c. *lege* Imperatore, qui à Victoria &c.
In Municipio Fanestri. Ad hunc Municipium. *lege* ad hoc Municipium.
pag. 308. A. V. C. 971. Ad Victoriam à Macrino reportatam. *lege* ex Macrino reportatam.
pag. 321. circa medium. Aliud Globum. *lege* alium Globum.
pag. 324. A. V. C. 986. in Cos. Quinius Paternus. *lege* Quinius Paternus.
pag. 325. A. V. C. 988. in vltimo nummo. Dextra portensa. *lege* protensa.
pag. 327. in Orbiana. CONCORDIA AVG. *lege* CONCORDIA AVGG.
pag. 328. in vita Maximini. Iuxta Aquileam. *lege* iuxta Aquileiam.
pag. 329. Cos. A. V. C. 976. sic restituendi. L. Marius Maximus II. Papirius Ælianus.
pag. 330. in nummis Coloniarum Incertis. HIN. C. L. AN. *lege* HIN. C. L. AV.
pag. 331. in Vita Gordiani lin. 6. Statutam eius. *lege* statuam eius.
pag. 332. A. V. C. 990. in Cos. Iulius Sillanus. *lege* Iunius Sillanus.
pag. 332. lin. 4 Vita Gordiani. Eumque cædit &c. *lege* eumque cecidit.
In Cos. Iulius Sillanus. *lege* Iunius Sillanus.
Nummo penultimo. VICTORIA AVG. *lege* VICTORIA AVGG. & pag. 142. *lege* 141.
pag. 333. lin. 2. Sinistra tenet Scipionem. *lege* dextra tenet.
pag. 334. in Pupieno. Nominibus concessi. *lege* nominibus concessis.
pag. 346. lin. 13. Ibix. *lege* Ibis.
pag. 346. lin. 12. ante finem. Rhinocerons. *lege* Rhinocerots.

pag.

pag. 347. Damascum. *lege* Damascus.
ibidem. Orientis oculum. *lege* oculus.
pag. 351. *A.V.C.* 1002. Anchonit. *lege* Anconit.
pag. 355. *A.V.C.* 1003. In Mæsia proficiscitur. *lege* In Mœsiam proficiscitur.
pag. 356. *A.V.C.* 1003. Princeps luuentutis dicit. *lege* dicitur.
pag. 357. *in numno vltimo Hostilianiex Museo Banduriano*. IMP. CAE. C. &c. *lege* IMP. CAES. &c.
ibid. in Lucij Prisci Vita. Ad Antoninum, *lege* ad Antonianum.
ibidem. Quem constituit Romæ. *lege* quam constituit Romæ.
ibid. in Numma Perpenna. IMP. CAES. M. AVG. *lege* M. AVF.
pag. 364. *in numno Col. Damasci*. COLONIA METRO. *lege* COMONIA,... MVTPO. &c.
pag. 370. *Nummi Tertius, & Quintus Gallieni Anno sequenti reponi debent, cum in 91 Consul scribatur Gallienus, qui primo tantum Consul processit A.V.C.* 1007.
pag. 375. *in Textu Pollonis circa medium*. Auditum præterea sonitu. *lege* Auditum præterea Tonitruum.
pag. 376. *numma prime A.V.C.* 1017. Epigraphe. *lege* Epigraphes.
pag. 382. *vltima linea*. cognomine signetur, *lege* signentur, *& dele punctum sequent, reposita virgula*.
pag. 383. *A.V.C.* 1020. *Christi* 267. *in Valeriano Iun. repone in margine* A.V.C. 1019. Christi 266.
pag. 384. *in Cess. A.V.C.* 1011. *lege* Memmius Tuscus.
In Vita Odenati. Concubinas cepit. Quietum interfecit. *lege tantum* Concubinas cepit.
pag. 385. *in Vita Zenobia*. Zenobia quæ se Cleopatratum &c. *lege* quæ Cleopatratum.
In Vita Herennians. Aut mortem naturali. *lege* aut morte naturali.
pag. 386. *in Cess. A.V.C.* 1011. *lege* Memmius Tuscus.
pag. 387. *in Cess.* 1013. *lege* Iunius Donatus.
In nummis Valerij Valentis. AVT. K. ΠΟΛ. *lege* AVT. K. POV.
pag. 388. *in Macriane Patre Cess. A.V.C.* 1015. *sic restituendi*. Gallienus Aug. V. Petronius Faustinus.
pag. 393. *in fine*. TR. P. eius nummus scalpta &c. *lege* eius nummis scalpta.
ibid. Quos ab eruditissimo. *lege* quæ ab eruditissimo.
pag. 397. *in Vita Victorini*. Et fœueritati militari. *lege* fœueritate militari.
pag. 412. *in Vita Probi lin.* 11. Aureliani, & Taciti &c. *lege* in Aureliani &c.
ibid. 90. Vrbes captiuitate holtium vindicauit. *lege* 70. Vrbes à captiuitate &c.
pag. 413. *in enarratione Victoria Germanica Probi*. De qua fusius Auctor. *lege* De quo fusius Auctor.
pag. 421. *A.V.C.* 1038. Ad Murcium cum Diocletiano. *lege* ad Murgum cum Diocletiano.
pag. 424. *A.V.C.* 1039. Maximianus Aug. dicitur. *lege* Aug. dictus in Amandum &c.
pag. 425. *A.V.C.* 1040. In Curru stans Impp. *lege* In Curru stant Impp.
pag. 428. *lin. prima*. Diocletianus TR. P. XXI. Cos. VIII. imp. X. *lege* Cos. VIIII. &c.
ibid. lin. vltima. Potitum fuisse. *lege* potitam,
pag. 430. *in Vita Maximiani*. A Constantio statim, *lege* à Constantino statim.
pag. 449. *in Maxentio*. TR. P. suscepta A.D. VII. Kal. Octobris. *lege* A. D. VI. Kal. Nouembris.
pag. 450. *A.V.C.* 1063. Diffidia inter Maximinum, & Maxentium, *repone* Fœdus contrà Constantinum inter Maximinum, & Maxentium feritur.
pag. 451. *A.V.C.* 1065. Palude absorptus est. *lege* Tyberi absorptus est.
pag. 455. *A.V.C.* 1069. Eruditissima Dissertatione illustrauit, quam videre operæ pretium est. *lege* eruditissima Dissertatione illustrauit, quam videre operæ pretium est.
pag. 456. *A.V.C.* 1075. A Constantino Magno indictum. *lege* indictum.
pag. 459. *A.V.C.* 1060. Constantius Cæs. i R. P. *lege* Constantinus Cæs. &c.
pag. 467. *A.V.C.* 1084. Imp. VIII. *lege* Imp. XXII.
pag. 469. *in Vita Faustæ*. Scelere Nurus filio detegente. *lege* scelera Nurus.
pag. 483. *A.V.C.* 1105 Scitiam. *lege* Scitiam, *vt & sequenti folio in Decentio*,
pag. 486. *in Petronnis Vita*. Ciuille. *lege* Ciuile.
pag. 491. *lin.* 4. Barbaros prostrat. *lege* Barbaros prosternit.
pag. 495. *lin.* 2. In Vxore Sorore Constantia. *lege* in Vxorem Sorore Constantia.
pag. 503. *lin. vltima*. in Hiberna. *lege* in Hyberna. *vt & pag.* 507. *lin.* 4.
pag. 514. *A.V.C.* 1136. A. D. VII. Kal. Septembris. *lege* A. D. VIII. Kal. Septembris.
pag. 515. *lin prima*. Galijs. *lege* Gallijs.
pag. 517 *A.V.C.* 1134. Teruungi. *lege* Teruingi.
ibid. A.V.C. 1137. Legato de Pace missi. *lege* Legatos de pace mittunt.
pag. 518. *A.V.C.* 1142. *in Cess.* Fl. Timatius, *lege* Fl. Timatius.
A.V.C. 1143. Cum lacrimis. *lege* cum lacrymis.
pag. 520. *in Vita Galla Placidia*. Cunctaretque Theodosius. *lege* cunctaretur que Theodosius.
pag. 524. *A.V.C.* 1161. A. D. Kal. Martij, *lege* A. D. Kal. Maij.
ibid. in Eudoxia. Quem & Augustum. *lege* quam & Augustam,
pag. 527. *A.V.C.* 1161. In Italiam reddit. *lege* redit.
pag. 528. *A.V.C.* 1163. Pace cum Alarico firmat, Honorius &c, *lege* Pacem cum Alarico firmat Honorius, &c,
A.V.C. 1168. In Hispaniam expellit, *lege* in Hispaniam pellit.
A.V.C. 1169. & Placidiam Vxorem spondet. *lege* & Placidia Vxor spondetur.
pag. 529. *in Vita Constantini*. Arelate inde se recipit. *lege* Arelatem &c.
ibid. Veronam vsque progredit. *lege* progreditur.
pag. 530. *in Constantis Vita*, Rursus ibidem missus. *lege* rursus illuc missus.
pag. 532. *in Vita Theodosij*, Consobrinum suum ex Constantino, *lege* Consobrinum suum, ex Constantio.
pag. 537. *A.V.C.* 1137. Ardaburus. *lege* Ardaburus.
pag. 538. *A.V.C.* 1179. Nomine Valentiniuni. *lege* Valentiniani.
A.V.C. 1183. Britania Pictis &c. *lege* Britanni à Pictis, & Scotis vexati, à Legione Romana defenditur.
pag. 540. *A.V.C.* 1199. Britanniam diripiunt. *lege* diripiunt.
pag. 541. *in Vita Iustæ Grata*. Constantinopoli Theodosio. *lege* Constantinopolim
pag. 542. *in Vita Aelia*. Processum inuadit. *lege* possessam inuadit.
ibid. Quadis, Sueuisque subactis. *lege* Sueuisque subactis.
in Vita Marciani lin. vltima. Dedisset perhibetur. *lege* dedisse perhibetur.
pag. 543. *A.V.C.* 1210. Hoc anno A.D. VI. Kal. Martias. *lege* A. D. VII. Kal. Februarias.
pag. 544. *in Aniti Vita*, pag. 545. *& A.V.C.* 1217. pag. 548. *lin.* 3. *& A.V.C.* 1215. *pro* Ricimete *lege* Ricimete,

pag. 517. *A.V.C.* 1210. Ora tuetur. *lege* oram tuetur.
pag. 548 *A.V.C.* 1214 *in Maioriano*. A. D. VIII. Id. Aug. *lege* A. D. VII. Id. Aug.
pag. 549. *A.V.C.* 1224. Inimicita oritur. *lege* Inimicitia oritur.
pag. 550. *lin. ultima*. Morum non bellici ſtudioſus. *lege* morum non belli ſtudioſus.
pag. 551. *lin.* 5. Moritur. *lege* moritur.
pag. 552. *A.V.C.* 1241. Bulgatorum. *lege* Bulgarorum.
pag. 552. *lin.* 2. Tonitus fugiebatur. *lege* attonitus fugiebat.
pag. 556. *A.V.C.* 1255. Rege bellatur. *lege* Regebellat.
pag. 557. *A.V.C.* 1270. *Coſſ. huius annis ex Diptico, & obſeruationis P. Pagij ſic ſcribendi.*
Fl. Anaſtaſius Paulus Probus Sabiniaanus.
Fl. Agapitus.
In Vita Theodorici Regi Vandacorum. *lege* Vandalorum.
pag. 560. *in nummo Hildorici*. HILDERICVS REX. *lege* HILDERIX REX. *In eius Epocha Reuerendiſſimus P. Noris Hiſtor. Pelagian. Cap.* 21. *lib.* 2. *pr. hac Hildericum Thraſamundo ſucceſſiſſe A.V.C.* 1276., *alij vero Anno ſequenti, vt ſcripſi & ego.*
pag. 561. *in Vita Iuſtiniani*. Gilimerem cæpit. *lege* Gilimerem cepit.
pag. 562 *A.V.C.* 1288. *recte* Anno Chriſti 534. *& loco* Theodabati. *lege* Theodahati.
pag. 565. *A.V.C.* 1299. *& 1301. in Actis Hiſtoricis, vbi legitur* Iuſtinianus, *reponi debet* Beliſarius.
pag. 567. *in Vita Vvitigis*. Mox receſſerat Ariminum. *lege* mox receſſerat Ariminum obſeſſer.
ibid. Ad Mediolanum recipiendum mittit, qui eum capit. *lege* ad Mediolanum recipiendam mittitur, qui eam capit.
pag. 568. *in Totila Vita*. Aruximium. *lege* Auxumium.
In vltimi nummi eiuſdem explicatione. Nemo ignoratur. *lege* nemo ignorat.
ibid. Inter priuatas parietes. *lege* inter priuatos parietes.
pag. 569 *in Vita Tot.* Cum ſe Cumis conferret. *lege* Cumas conferret.
In Vita Theodeberti. Beſtarij literis. *lege* Beliſarij literis.
Loca quædam Liguriæ, ac Venetiæ. *lege* Venetiarum.
In Vita Iuſtini Iun. Ex Filio Nepos. *lege* ex Sorore Nepos.
A. D. Id. Nouembris. *lege* A. D. XVIII. Kal. Decembris.
pag. 576. *A.V.C.* 1336. *Conſulem ſcripſi* Ti. Mauric. Aug. ſine Collega, *ſed ex C. Iconico Alexandrino Annus hic Conſ. caruit, diſtuſque eſt* Poſt Conſ. Diuinæ Memoriæ Tiberij Conſtantini Anno IIII., *vnde Conſulatus primus Mauritij in Annum ſequentem reijciendus eſt, Annique ſequentibus vſque ad A.V.C.* 1345. *Annus I. in P.C. minuendus.*
pag. 622. *in enarratione Indictis Polatij lege* nulli ſumptui parceret.
In Elogio I.C. Bon lege plura daturus.

Die 5. Ianuarij 1682.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Fratris Sixti Cerchij Sacræ Theologiæ Magiſtri, ac Inquiſitoris Generalis Status, & Dominij Mediolani Adm. R. D. Nicolaus de Rubinis Doc. V. L., nec non Ambroſianæ Bibliothecæ Bibliothecarius videat, & in ſcriptis referat.

Fr. Angelus Maria Battianus Lector, & S. Officij Mediolani Notarius.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris, & Domini mei Fratris Sixti Cerchij Inquiſitoris Generalis Status, & Dominij Mediolani de verbo ad verbum perlegi Librum, cui titulus IMPERATORVM ROMANORVM NVMISMATA &c. ab Illuſtriſſimo Domino, & Patrono meo D. Comite Franciſco Mediobarbo Birago &c. compoſitum: quem reperi Authore dignum ſuo, nam præterquam nihil continet Fidei Orthodoxæ contrarium, boniſq; moribus repugnans, eſt plenus eruditionis, atque doctrinæ: Quapropter dignum cenſeo, qui in lucem communi literatorum bono edatur, ſi tamen ita videbitur Reuerendiſſimo Domino meo Patri Inquiſitori Generali, cæteriſq; ad quos pertinet: In quorum fidem hac die duodecima Maij anni 1682.

Nicolaus Rubinus S. T. D., & Congregationis Oblatorum S. Sepulchri Mediolani Præpoſitus Generalis.

Attenta præfata atteſtatione
IMPRIMATVR.
F. Sixtus Cerchius Inquiſitor Generalis Status Mediolani.
Iacobus Satta Canonicus Imperialis Baſilicæ Sancti Ambroſij pro Eminentiſſimo D.
D Cardinali Vicecomite Archiepiſcopo.
Franciſcus Arbona pro Excellentiſſimo Senatu.

INDEX

INDEX
ALPHABETHICVS
Omnium Auguſtorum, Auguſtarum, Cæſarum, & Tyrannorum, qui in hoc opere continentur.

A

Achilleus. pag. 430
Aelia Verina. 546
L. Aelianus. 428
Pomp. Aelianus. 391
L. Aelius. 188
Aemilianus. 363
Agrippina Germanici. 74
Agrippina Claudij. 86
Albia Terennia. 103
Albinius. 264
Alexander. 317
Alexander Æmilianus. 390
Alexander Tyrannus. 445
Allectus. 429
Amandus. 428
Anaſtaſius. 554
Annia Fauſtina. 315
Annius Verus. 323
Anthemius. 549
Antinous. 187
Antonia. 60
Antoninus Pius. 190
M. Antonius. 13
Araricus. 568
Arcadius. 521
Ariadnes. 537
Atalaricus. 560
Attila. 542
Auguſtus. 21
Auidius Caſſius. 233
Auitus. 544
Aurelianus. 405
M. Aurelius. 211
Aureolus. 387

B

Balbinus. 333
Baliſta. 389
Baſiliſcus. 553
Britannicus. 87
Bonoſus. 418

C

Caius Agrippæ Fil. 57
Caius Germanici Fil. 76
L. Calpurnius Piſo. 387
Caracalla. 284
Carauſius. 428
Carinus. 419
Carus. 418
Claudius. 80
Cl. Cenſorinus. 403
Cl. Gotthicus. 401
Cleopatra. 9
Clodius Macer. 98
Commodus. 240
Conſtans. 478
Conſtans Tyrannus. 530
Conſtantinus Magnus. 457
Conſtantinus Iun. 473
Iul. Conſtantina. 495
Fl. Conſtantina. 511
Conſtantinus Tyrannus. 529
Val. Conſtantius. 437
Iul. Conſtantius. 486
Conſtantius Gallus. 494
Fl. Conſtantius. 532
Cornelia Supera. 384
Cornelius Celſus. 389
Criſpina. 259
Criſpus. 470
Cyriades. 384

D

Decentius. 484
Delmatius. 469
Deſiderius. 485
Diadumenianus. 308
Diocletianus. 422
Didia Clara. 263
Didius Iulianus. 261
Domicia. 508
Domitia. 141
Domitianus. 227
Domitius Domitianus. 408
Domitilla Mater. 118
Domitilla Filia. 119
Druſilla. 80
Druſus. 72

E

Elagabalus. 309
Eudocia. 536
Eudoxia. 524
Licin. Eudoxia. 541
Euphemia. 560
Eutropia. 436
Eugenius. 520

F

Fauſta. 469
Fauſtina Pij. 207
Fauſtina Marci. 229
Firmius. 409
Flacilla. 519
Florianus. 411
Focas. 580

G

Galba. 98
Galla. 520
Galerius Antonius. 207
Galeria Valeria. 444
Gallienus. 369
Treb. Gallus. 358
Germanicus. 73
Geta. 298
M. Ant. Gordianus Afr. Pater. 331
M. Ant. Gordianus Afri. Fil. 332
Gordianus Pius. 335
Gratianus. 508
Gratianus Tyrannus. 529
Glycerius. 559

H

Hadrianus. 167
Hannaballianus. 470
Helena Conſt. Vxor. 440
Helena Iuliani. 497
Heraclius. 582
Herennia Etruſcilla. 354
Q. Herennius Etruſcus. 355
Herennianus. 385
Herodes, ſeu Herodianus. 385
Hildericus. 560
Honorius. 525
Hoſtilianus. 356

I

Ildobaldus. 568
Ingenuus. 386
Iohannes. 537
Iouianus. 497
Iouinus. 531
Iulia Auguſti Filia. 56
Iulia Aquilia. 315
Iulia Domna. 281
Iulia Mammæa. 326
Iulia Maeſa. 316
Iulia Paula. 314
Iulia Soemias. 316
Iulia Titi Filia. 142
Iulia Vindex. 97
Iulianus. 495
Iulius Cæſar. 3
Iulius Nepos. 553
Iunia Donata. 543
Iuſta Grata Honoria. 542
Iuſtina. 505
Iuſtinus. 558
Iuſtinianus. 561
Iuſtinus Iunior. 569

L

Leo. 544
Leo Iunior. 550
Lepidus. 10
Libius Seuerus. 548
Licinius Pater. 432
Licinius Filius. 456
Liuia. 52
Lollianus. 396
Lucilla L. Ælij. 189
Lucilla Veri. 239
Lucius Agrippæ Filius. 58
Lucius Priſcus. 357

M

Macrinus. 305
Macrianus Pat. 387

Ma-

Macrianus Fil. 387
Magnentius. 482
Magnus Maximus. 513
Magnia Vrbica. 451
Maiorianus. 547
Manlia Scantilla. 262
Marciana. 166
Marcianus. 542
Marcus. 529
Marius. 397
Martinianus. 457
Mariniana. 369
Marinus. 351
Matidia. 166
Maxentius. 449
Maximus. 330
Maximinus. 328
Maximianus Armentarius. 441
Maximianus Herculeus. 430
Maximinus Daza. 445
Meonius. 386
Meſſalina. 86
Momyllus Auguſtulus. 514

N

Nepotianus. 482
Nero. 88
Nero Cl. Druſus. 59
Nero, & Druſus Cæſares. 75
Nerua. 142
Nigrinianus. 445
Numerianus. 421

O

Octauia. 96
Odenatus. 384
Olybrius. 550
Otho. 102
Otacilia. 348

P

Paulina. 331
Pertinax. 260
Perpenna Licinianus. 357
Peſcennius Niger. 263
Petronius Maximus. 543
Plautilla. 257
Plotina. 164
Pompeius Magnus. 1
Poppea. 97
Philippus Pater. 343
Philippus Fil. 349
Poſtumus Pater. 391
Poſtumus Fil. 396
Probus. 412
Procopius. 508
Proculus. 418
Priſcus Attalus. 530
Pulcheria. 543
Pupienus. 334

Q

Quietus. 389
Quintillus. 404

R

Regillianus. 386
Romulus. 451

S

Sabina. 185
Salonina. 380
Sal. Barbia Orbiana. 327
Saloninus Gallienus. 383
Salon. Valerianus. 381
Saturninus. 390
Sebaſtianus. 531
Seuerina. 408
Seuera. 505
Valerius Seuerus. 266
Septimius Seuerus. 10
Sextus Pompei Magni Fil. 10
Siluanus. 495
Sophia. 572
Statilia Meſſalina. 97

T

Tacitus. 409
Teias. 569
Tetricus Pater. 399
Tetricus Fil. 400
Theodahatus. 567
Theodebertus. 569
Theodora. 567
Theodora Conſt. Vxor. 441
Theodoricus. 537
Theodoſius Magnus. 516
Theodoſius Iunior. 542
Fl. Theodoſius. 580
Tiberius. 61
Tiberius Conſtantinus. 573
Tiberius Druſi Fil. 76
Timolaus. 385
Titus. 119
Titus Quarcinus. 331
Totilas. 568
Traianus. 146
Traianus Decius. 352
Tranquillina. 342
Trebellianus. 390

V

Valens. 505
Val. Valens. 387
Valentinianus. 500
Valentinianus Iun. 511
Vaballathus. 385
Valerianus. 365
P. Lic. Valerianus. 383
Plac. Valentinianus. 537
L. Verus. 233
Veſpaſianus. 107
Vetranio. 486
Victor. 515
Victoria. 399
Victorinus Pater. 397
Victorinus Fil. 398
Vib. Voluſianus. 361
Vitellius. 104
VVitiges. 567

Z

Zeno. 551
Zenobia. 385

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

IMPE-

IMPERATORVM ROMANORVM NVMISMATA

A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM.

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA

I

POMPEIVS Romæ, Patre Strabone nascitur, cum iuuenili flore ret ætate, extemplò mores, & verendi, & regij eluxere. Anno ætatis XXIII., necdum in Senatum admissus, *Imp. appellatus est*. Cinna etenim à militibus cæso, in Picenum se contulit, tribusque legionibus conscriptis, & tribus Marianis Ducibus fugatis, L. Sullæ se se coniunxit, à quo *Imperatoris* Nomine salutatus est. Insequente anno à Sulla primùm in Siciliam, aduersus Perpennam, & Carbonem, mox in Africam, aduersus Domitium mittitur, profligatis hostibus, & occisis, inter Reges iudicat, tanquam arbiter. Post reditum ex Africa *Magnus* à Sulla appellatus est, indè Proconsul in Iberiam aduersus Sertorium mittitur. Is tribus fulsit Triumphis, Belli Africani contrà Hiartam, Hispanici contrà Sertorium, Pontici contrà Mithridatem. Anno ætatis XXIIII. *Magni* nomen à Sulla adeptus est, eoque vel inuito, vel renitente de Africa triumphauit, quamuis, nec Consul, nec Prætor, nec Senator esset per ætatem. Plutarchus tamen testatur eum, per ætatem, in Senatum legi potuisse, sed honorificentiùs sibi futurum duxisse, si primus ex Equitibus Romanis triumphasset. De eo vide plura apud *Plutarchum in Pompeio, & Plin. lib. 7. cap. 26.*

CN. POMPEIVS MAGNVS CN. F. S. N. *Primus Eques Romanus de Africa triumphauit.*

COSS. M. Tullius Decula. Cn. Cornelius Dolabella. *A.V.C. 673. Ante Christum 80.*

Ar. CN. MAGN. IMP. Quadrigæ Triumphales.
ROMA. Caput Romæ Galeatum.
X ROMA. Caput Romæ, vt superiùs.

POMPEIVS MAGNVS PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. ex S. C.

COSS. C. Calpurnius Piso. M. Acilius Glabrio. *A.V.C. 687. Ante Christum 66.*

Infestantibus Piratis P. R. Prouincias, & Maria, Gabinius Pompeio amicus Auctor fuit S. C., quo sub titulo, PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. cum ProConsulari Imperio Bellum Piraticum Pompeio commissum est, eiusdem imperio in P. R. Classes, Maria omnia, itemque litora quingentorum stadiorum spatio prorogato.

Aur. M. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei, cum lituo, & simpulo.
PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Vir nudus, dextro pede rostro Nauis insidens, dextera aplustre tenens, vtrinque Anphinomus cum fratre parentem vtrumque, ex Ætnæ Incendio illæsum efferentes.
Pietatis typus est, & alludit nummus hic ad nomen Magni Pij. *Valer. Max. lib. 5. Cap. 4. Notiora sunt fratrum paria, Cleobis, & Biton, Amphinomus, & Anapus, illi, quod ad sacra Iunonis peragenda, Matrem vexerunt, hi quod Patrem, & Matrem, humeris per medios ignes Ætnæ portarunt.*

✱ MAGN. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei.
✱ PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Cneij, & Sexti Pompeiorum Capita aduersa cum lituo, & simpulo. *Gorlæus f. 65.*
Lituus augeratus proprium signum, erat Baculus sine nodo à summo inflexus, hunc in parte, qua robustior est, Augur manutenebat, eoque Cæli regiones, describebat, designabatque metas, intra quas se obseruaturum signa constituerat.
Simpulum, vas parvum, non dissimile Cyatho, quo vinum in sacrificijs libabatur.

Ar. MAGNVS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.
PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Trophæum nauale.
Neptunus Saturni, Opisque filius, cui maritimum cessit Imperium in diuisione cum Ioue, ac Plutone

tone fratribus facta. Tridente pro sceptro vtitur, vt poteſtatem quam habet tollendi, placandi, ſeruandique aquoris oſtendat. Natal. Com. Mythol. lib. 2.

MAGNVS PIVS IMP. ITER. Columna cum Neptuno, ſiniſtro pede roſtrum Nauis calcante, infra quem Triremis. Fuſcina, ſignum legionarium.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Scyllæ Typus, ambabus manibus Temonem nauis eleuantis. Scyllam egregiè deſcribit Virgilius ſic,

Candida ſuccinctam, latrantibus inguina monſtris,
Prima hominis facies, & pulchra pectore Virgo
Pube tenus, poſtrema immani corpore Piſces
Delphinum caudas, vtero commiſſa luporum.

M. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei cum lituo, & ſimpulo.

PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Vir nudus, dextro pede roſtrum Nauis calcans, dextra apluſtre tenens, vtrinque Amphinomus, cum fratre, parentes ex Ætnæ incendio illæſos efferentes.

✱ IMP. ITER. Caput Neptuni cum Tridente.

IMP. TER. Tropheum Naualе *M. N.*

✱ NEPTVNI Caput Pompei M. cum Tridente, & Delphino.

Q NASIDIVS. Nauis Prætoria.

Quatuor Triremes, aliæ contra alias inuicem diſpoſitæ. *Patin. famil. Naſidi n. 2.*

Naſidij huius meminit Cicero Philipp. 7. & Cæſar 2. de bello ciuili ſcribit. L. Naſidius cum claſſe ſexdecim Nauium à Cn. Pompeio, L. Domitio, Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus eſt. *Errore librariorum pro nomen Naſidi, ex Q. in L. mutatum, reſtituunt Nummi hi quibus ſub Neptuni ſpecie, caput Magni Pompei ſignatum eruditiſſimis probauit argumentis. Illuſtriſſimus olim, eruditiſſimuſque Petrus Seguinus in Epiſtolis, vbi nummum hunc explicat, profunda vt ſolet eruditione.*

✱ MAGNVS PIVS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Scyllæ Typus, vt ſuperior *M. N.*

Ær. MAG. Caput Iani ſpicatum.

PIVS IMP. Prora Nauis.

Ianus, ſiue Genius, ſiue Rex fuerit, dicitur ferum, & ſilueſtrem cultum in vrbanum, ciuilemque mutaſſe, Biceps pingitur, quia, & præterita ſciuit, & futura præuidit.

MAGNVS PIVS IMP. Duo capita ſpicata, vel Iani caput.

EPPIVS dimidiata Nauis *M. N.*

M. Eppius equeſtris ordinis homo, vigilans, & induſtrius à Cicerone vocatur Epiſt. 13. ad Atticum, Scipionis in Africa legatum fuiſſe, Nummus alius oſtendit. Hic vero ante Pompei legatum, vel in Nauali aliqua expeditione Pompeianarum partium Ducem nos docet.

MAGNVS IMP. ITER. Caput Pompei ſpicatum, cum Gutto, & Acrotirio.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Victoria inſiſtens Naui cum monſtro illo, quale in argenteis,

Guttus idem, ac ſimpulum, Acrotiria, ſiue Platei nauales ad ornatum prora, puppiſque promiſcuè nuncupantur. Ex Roſino lib. 10. antiq. Rom.

POMPEIVS M. PROCOS. *Hiſpaniam obtinet.*

COSS. Pompeius Mag. II. M. Licinius Craſſus.

A.V.C. 699. Ante Chriſtum 54.

Ær. MAGN. PROCOS. Prora Nauis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in Vitta. NVMA.

✱ CN. MAGNVS IMP. Figura inſiſtens, dextro crure proræ nauis, cui Hiſpania ſtolata, dextra palmam porrigit, ſiniſtra duo ſpicula tenet, ad pedes duo ſcuta.

M. POBLICI PROPR. Palladis Imago, *Gorleus ſol. 65.*

M. Poblicius leg. Pro Prætore in Hiſpania ſub Pompeio fuit, de hoc ſcribit Florus lib. 3., & Appianus in Mithridaticis, vbi Plocius, errore librariorum ſcribitur, non Poblicius. Circa vero Flori, & Appiani Tempus eruditiſſimè, vt ſemper Fulvius Vrſinus in notis ad hunc denarium familiæ Poblitiæ.

Ær. MAGN. PROCOS. Prora Nauis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in vitta NVMA.

MAGN. PROCOS. Delphin, haſta pura, Aquila.

VARRO PROQ. Iouis terminalis caput, aut Hermæ effigies.

M. Terentius Varro, Pompei in Hiſpania legatus, claſſibus eiuſdem præfuit nauali ab eo Corona donatus. Plinius lib. 7. cap. 30. & lib. 16. cap. 4.

Hermæ autem effigies, in altera eius nummi parte, obſcurum eſt, quo pertineat, niſi fortè ad M. Varronis imaginem, qua vni viuenti, in Bibliotheca Pollionis poſita fuit; Teſte Plinio, virorum enim illuſtrium imagines Hermæ figura, inſcriptione adiecta ſolebant indicari.

Ad Pompei porrò Imperium in Hiſpania indicandum, ſceptrum, & Aquila impreſſa eſt, & Delphin ad maris Imperium, ex S.C. Bello Piratico eidem conceſſum.

CN. MAGNVS IMP. Caput Pompei.

M. MINAT. SABIN. PROQ. Pompeius ſtantes dextram cum mulieri figura; ad cuius pedes ſcutum, inter Pompeium, & figuram plura ſcuta, à tergo Pompei dimidiata Nauis.

Minatium hunc Pompei in Hyſpania ProQueſtorem, nummus hic ſolus indicat, ſilentibus vbique hiſtoricis, nam, & ProQ. inſcribitur, & Hiſpania Typus in nummo conſpicitur, eamque ideo cum eruditiſſimo Vrſino Pompeij in Hiſpania ProQueſt. iudico.

✱ CN. M. IMP. Caput Pompeij.

✱ M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura laureata militari habitu ſtantis dextras cum alia figura non laureata, primam figuram victoria dextra coronat, ſiniſtra Trophæum armorum ferens. *Patin. Fam. Minat. n. 2.*

✱ CN. M. IMP. Caput Pompei.

✱ M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura genuflexa globum offert aliæ ſtanti, ſuperatorio habitu, quæ

quæ globum monstrat figuræ radiatæ, & muliebri habitu dextram ori admouenti. *Patin. ibid. n. 3.*

CN. MAGNVS. IMP. Figura insistens proræ Nauis, cui alia palmam porrigit, vt in aureo.
M. POBLI. LEG. PROPR. Caput Galeatum, vel Palladis, vel Romæ.

Bellum Ciuile cum Cæsare.

A. V. C. 706. Insequente ex A. D. 13. Kal. Sextilis Pompeius à Cæsare ad Pharsalum victus ad Ptolemæum Ægypti Regem profugiens, eius dolo, haud iam multò post, nimirum prid. Kal. Octobris, in conspectu vxoris Corneliæ, ad Montem Casium interfectus, & exiguæ telluris inops tumulatus, ea ipsa die, qua quondam de Mithridate, & Piratis triumphum duxerat, die natalis sui, in cuius triumphi pompa translata fuit ipsius Pompei Imago, è margaritis, non tam luxuriæ argumento, quam non obscuro omine, iam caput illud Orientis opibus, sine reliquo corpore ostentaturum: *Plin. lib. 37. cap. 2.*, cuius res gestæ, atque virtutes, ipsidem, quibus Solis cursus, regionibus, ac terminis continentur; *Cic. in Catil. coniur. inuectiua 4. circa finem.*

Res à Pompeio gestæ, Plin. lib. 7. sic describuntur.

CN. Pompeius Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis, hominum vicies semel centenis LXXXIII.M. depressis, aut captis nauibus DCCCLXVI. oppidis, castellis, M.DXXXVIII. in fidem receptis tertiâ à Meoti lacu, ad rubrum mare subactis, votum merito Minervæ.

Caius Cæsar in Italiam rediens, Lymiræ in Lycia moritur A. D. VIII. Kal. Mart. Caio, & Lucio Aug. filijs mortuis, Tiberius ab Augusto adoptatus A. D. V. Kal. Julij ad Bellum Germanicum mittitur.

Aur. . . . . . .
* TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberij. *Vaillant. tom. 2. f. 21.*

Ar. . . . . . .
* TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberij. *Vaillant. tom. 2. f. 21.*
Qui Exercitibus præerant, re bene gesta, vel militum favore, vel decreto Senatus Imperatores salutabantur. Cæsar vero, & qui eum sequuti sunt quo summam ostenderent potentiam, in prænomen transijt (vt vult Torrentius in Sueton.) Remansit tamen militaris quoque appellatio, quoties vel ipsi Augg., vel iporum auspicijs, aliq rem feliciter gerebant. Dion.
* CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ.
* TI. CÆSAR AVG. F. TR. P. . . . . Quadriga triumphalis, in qua Imp. *Thes. Theupol.*

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XIV.
PONT. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXVII. S. C.

* T. CÆSAR AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij. *Vaillant. t. 1. f. 4.*

AVGVSTVS IMP. XIV. COS. XIII. TR. P. XXVII. XXVIII.

COSS. L. Valerius Messalla Volusus. Cn. Cor. Cinna Magnus. *A.V.C.758. Christi 5.*

AVGVSTVS IMP. XV. COS. XIII. TR. P. XXVIII. XXIX.

COSS. M. Æmil. Lepidus. L. Aruntius Nepos. *A.V.C.758. Christi 6.*

Tiberius Germaniam vastat, ad Albin usque excurrens, hinc Aug. Imp. XV. Fames ingens Romæ.

Æ. IMP. CÆS. AVG. PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. XXVIII.
COS. XIII. PATER PATRIÆ S. C.
IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONT. MAX. TRIB. POTES. XXIX. S. C.
IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONTIF. MAX. TRIBVN. POTES. XXIX. S. C.
IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX.
TR. POT. XXIX. COS. XIII. PATER PATRIÆ IMP. XV.

AVGVSTVS IMP. XV. COS. XIII. TR. P. XXIX. XXX.

COSS. A. Licinius Nerua. Q. Cæcil. Metellus Creticus. *A.V.C.760. Christi 7.*

Germanicus ad Bellum Dalmaticum missus. Augustus Ariminum se confert.

Aur. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. P. XXX. COS. XIII. IMP. XV. P. P.
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR. Corona Quercea.
Ad Bellorum administrationem ita intentus fuit (Augustus) vt quo propius, qua in Pannonia, ac Dalmatia gerenda essent, subinde monere posset Arminium se contulerit; in eius ab Vrbe exitu. Vota nuncupata. ac redeunte sacrificatum, tanquam ex hostico redijsset. Dio. lib. 55.

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONTIF. MAX. TRIBVN. POTEST. XXX. S. C.
* S. P. Q. R. CÆSARI AVGVSTO. Caput Aug.
* I. O. M. SACR. VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. Stat Miles Galeatus dextra Vexillum, sinistra Scipionem. *Index Cauotorta.*
* IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XX.
* PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXX. *Reuerendissimus Norisius Cenotaph. Pisan. f. 338.*

AVGVSTVS IMP. XV. COS. XIII. TR. P. XXX. XXXI.

COSS. M. Furius Camillus. Sex. Nonnius Quintilianus. *A.V.C.761. Christi 8.*

Pannones, & Dalmatæ, partim Fame, partim Ferro domiti, illi Tiberio, hi Germanico se dedunt.

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXI. S. C.

AVGVSTVS TR. P. XXXI. XXXII. COS. XIII. IMP. XV. *A.V.C.762. Christi 9.*

COSS. C. Poppeius Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.

AVGVSTVS IMP. XVI. COS. XIII. TR. P. XXXII. XXXIII.

COSS. P. Cor. Dolabella. C. Iunius Silanus. *A.V.C.763. Christi 10.*

Tiberius in Germaniam redit, illam vastat, & Arminium Cladis Variana superbum reprimit.

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XVI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXIII. S. C.

AVGVSTVS IMP. XVII. XVIII. XIX. XX. COS. XIII. TR. P. XXXIII. XXXIV.

A.V.C. 764. Christi 11. *COSS. M. Æmilius Lepidus, T. Statilius Taurus, ...*

Templum Concordiæ à Tiberio Dicatum,

Ar. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XX.
P. M. TR. POT. XXXIV. P. P.

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XX.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIV. S. C.

✻ PONTIF. MAXIMVS TRIBVN. POT. XXXIV. S. C. In medio Nummi, *Ind. Cauoterra.*

AVGVSTVS IMP. XX. COS. XIII. TR. P. XXXIV. XXXV.

A.V.C. 765, Christi 12. *COSS. Ti. Iul. Ti. F. Aug. N. Germanicus Cæs. C. Fonteius Capito,*

Germaniam iterum vastant Tiberius, & Germanicus,

Aur. IMP. CÆSAR AVGVSTVS.
TI. CÆSAR AVG. F. TR. POT. XIV.

Ar. IMP. CÆSAR AVGVSTVS.
TI. CÆSAR AVG. F. TR. POT. XIV.

Æ. IMP. CÆSARI DIVI F. AVGVSTO PON. MAX. TR. P. XXXV.
COS. XIII. PATRI PATRIÆ IMP. XX. S. P. Q. R. S. C.

AVGVSTVS IMP. XXI. COS. XIII. TR. P. XXXV. XXXVI.

A.V.C. 766, Christi 13. *COSS. C. Silius Nepos, L. Munatius Plancus.*

Aur. CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.
TI. CÆSAR AVGVSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales;
Ad Triumphum Tiberij, de Illyriis, Pannonibus, Dalmatis, & Germanis, quem anno superiori duxit, spectat hic Nummus, cum sequentibus,

Ar. CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.
TI. CÆSAR AVGVSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.

✻ TI. CÆSAR AVG. F. TR. POT. XV. Caput Tiberij absque laurea. *Paim. Thes.*

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XXI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTES. XXXVI. S. C.

AVGVSTVS IMP. XXI. COS. XIII. TR. P. XXXVI. XXXVII.

A.V.C. 767. Christi 14. *COSS. Sex. Pompeius, Sex. Apuleius.*

Hoc anno A. D. XIII. Kal. Septembris Augustus Nolæ mortuus est.

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XXI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII. S. C.

TRIVIRI MONETALES sub Augusto, Omnes Nummi sunt Æ.

Saturni Ædes Romæ cudendæ Monetæ locus, ab Ære primium suso Ærarium appellata, cum Assis libralis, & dupondius signaretur, pensareturque potius, quam numeraretur ante scilicet A. V. C. 485., quo primum Argentum signatum, post Victoriam de Pyrro Rege reportatam; Aurum vero post deletas Carthaginem, & Corynthum, signari cœptum. Cura ærarij, signandæque Monetæ, primo Tribunis data est, postea Quæstoribus, ex his ad III. viros monetales traducta est, qui numero prium Æris, Argenti, Auriue, Flandi, Feriundique curam habuere. Horum Collegium à C. Iulio Cæsare Dictatore auctum, & IV. VIRIS prouincia cudendæ monetæ commissa remansit, vsque ad Victoriam Actiacam, post quam Augustus R. P. solus regens, illum ad antiquum reduxit numerum, scilicet III. VIRI A. A. A. F. F. dicti sunt: Hi ex Senatoribus lecti erant, vt nomine in Augustæo Nummis inferius producendis ea nos docent.

CÆSAR AVGVSTVS TRIBVNICIA POTESTATE. Caput Aug.
M. SERVILIVS GEMINVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

CÆSAR AVGVSTVS TRIBVN. POTEST. Caput Aug. laur.
T. STATILIVS TAVRVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

CÆSAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. Caput Aug.
SEX. APVLEIVS SEX F.
C. CASSIVS CELER.
C. PLOTIVS RVFVS.
CN. PISO CN. F. } III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.
C. GALLIVS C. F. LVPERCVS.
✻ L. SVRDINVS. *M. N.*
✻ C. ASINIVS GALLVS. *M. N.*
✻ CN. PISO CN. F. III. VIR. A. A. A. F. F. Caput senile virtatum, *Pat. Fam. Calp. n.* 16.

IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XII. P. P. Caput Aug. laur.
L. CORNELIVS SVLLA III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

CÆ-

CÆSAR AVGVST. PON. MAX. TRIBVNIC. POTEST. Caput Aug.
SEX. NONNIVS QVINTILIAN.
M. MAECILIVS TVLLVS.
VOLVS. VALER. MESSALA.
VOLVSVS VALER. MESSALA, *Ind. Cauotorta*,
P. LVRIVS AGRIPPA,
L. CORNELIVS SVLLA,
CN. PISO CN. F.
✻ M. SALVIVS OTHO. *M. N.*
✻ C. CASSIVS CELER. *M. N.*
} III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

✻ CÆSAR DIVI F. AVGVST. Caput Aug. iuuenile,
✻ L. SVRDIN. C. PLOTIVS RVFVS. Caput senile barbatum. *M. N.*
✻ IMP. CÆSAR AVGVSTVS PON. MAX. TR. POT. Caput Aug.
✻ A. LICINIVS NERVA SILAN. III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *M. N.*
✻ CÆSAR AVGVST. PONT. MAX. Caput Aug.
✻ M. LVRIVS AGRIPPA A. A. A. F. F. S. C. *M. N.*
✻ CÆSAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Caput Aug., cui Victoria à tergo lauream imponit.
✻ CN. PISO CN. F. *Ind. Polatio.*
✻ P. LVRIVS AGRIPPA III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Patin. Fam. Luria num.* 3.
✻ SEX. NONNIVS QVINTILIAN. III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Ind. Polatio.*
✻ M. SALVIVS OTHO III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Pat. Fam. Sal. num.* 3.
✻ L. SVRDINVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Ind. Polatio.*
✻ M. MÆCILIVS TVLLVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Pat. Fam, Macil. in omissis num.* 5.
✻ C. GALLIVS LVPERCVS, *Ind. Polatio.*
✻ AVGVSTVS DIVI F.
✻ C. LAETILIVS APALVS II. VIR Q. Circa Coronam, in qua REX PTOL. *M. N.*
✻ CÆSAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POT. Caput Aug. senile.
✻ M. MAECILIVS TVLLVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. In medio Nummi. *Ind. Cauotorta.*
✻ CÆSAR AVGVST. PONT. MAX. TRIB.
✻ A. LICIN. NERVA SILAN. III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Ind. Cauotorta.*
AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. In Corona quercea.
SEX AELIVS CATVS.
✻ Q. AELIVS LAMIA. *M. N.*
C. ASINIVS GALLVS.
✻ C. ASINIVS. *M. N.*
C. CANINIVS REBILVS.
C. CASSIVS CELER.
CN. PISO CN. F.
✻ C. CENSORINVS L. F. AVG. *M. N.*
P. CORNELIVS DOLABELLA.
C. GALLIVS LVPERCVS.
M. LICINIVS CRASSVS.
P. LICINIVS STOLO,
✻ STOLO. *M. N.*
✻ P. STOLO. *Pat. Ind. fol.* 2.
L. MVNACIVS L. F. PLANCVS.
✻ L. NAEVIVS SVRDINVS, *Pat. Fam. Nenia num.* 3.
L. SVRDINVS.
C. PLOTIVS RVFVS.
✻ T. QVINCTIVS CRISPINVS. *Pat. Fam. Quint. num.* 3.
T. CRISPINVS.
✻ TI. CRISPINVS SVLPICIAN. *Ind. Polatio.*
T. CRISPINVS SVLPICIANVS.
M. SANQVINIVS.
✻ M. SANQVINIVS Q. F. *Ind. Polatio.*
TI. SEMPRONIVS GRACCVS, *Patin, Fam. Sempron. num.* 6.
C. SILIVS P. F.
P. VINICIVS M. F.
} III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

OB CIVES SERVATOS. In Corona quercea,
L. MVNACI L. F. PLANCVS,
P. VINICIVS M. F.
✻ CN. PISO CN. F. *Ind. Cauotorta*,
C. SENTIVS C. F. SATVRNINVS.
C. MARCI L. F. CENSORINVS AVG.
P. LICINIVS STOLO. *Ind. Cauotorta*,
} III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

OB CIVES SERVATOS. Corona quercea cum duobus Ramis Lauri.
C. ASINIVS C. F. GALLVS.
C. CALVISIVS T. F. SABINVS.
C. CASSIVS C. F. CELER.
P. CORNELIVS P. F. SCIPIO.
CN. CORNELIVS LENTVLVS,
P. LENTVLVS C. F. SCIPIO,
CN. PISO C. F.
L. DOMITIVS ÆNOBARBVS.
M. FVRIVS P. F. CAMILLVS,
C. GALLIVS C. F. LVPERCVS,
} III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

Cæsari, cum alij honores multi habiti, tum quando Imperio abdicauit, tunc enim vt laurus ante

ante Regia eius fores, & super eas Corona Civica. (quæ quercea erat,) statueretur, tanquam ei, qui, & hostes vicisset, & Ciues seruasset, cum hoc Elogio. OB CIVES SERVATOS vt ex hoc Numismate, & alijs intelligitur.

OB CIVES SERVATOS. In Corona quercea cum duobus ramis lauri.

* P. LICINIVS STOLO. *M. M.*
L. NAEVIVS SVRDINVS.
C. PLOTIVS RVFVS.
P. QVINTIL. SEX. F. VARVS.
T. QVINCTIVS CRISPINVS SVLPIT.
* T. QVINCTIVS CRISPINVS. *Num. Faesch.*
M. SANQVINIVS Q.F.
* TI. SEMPRONIVS GRACCVS. *Pat. Fam. Sempr. num. 7.*
C. SENTIVS C.F. SATVRNINVS.
T. STATILIVS T.F. TAVRVS.

III. VIR. A. A. A. F.F. S. C.

AVGVSTI CONSECRATIONES, SEV APOTHEOSES.

Romanis mos erat, ab Augusto primum institutus, deinde à Tiberio instauratus, eos consecrare Imperatores, qui superstitibus filijs, vel successoribus moriebantur, quique eo erant honore affecti, inter Dijos relati dicebantur: sic primus omnium Augustus Iulium Cæsarem, Tiberius Augustum mortuos consecrarunt, interque Dijos retulerunt. Consecrationis ceremonias, & ritus fuse à Panuino descriptas leges in lib. 2. Coment. Fastorum ad A.V.C. 964.

Aur. * AVGVSTO DEO. Figura radiata sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
* CVST. ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. Templum octo Columnarum, in cuius medio duæ figuræ stantes, hinc, & inde Basibus duæ figuræ nudæ, alia dextra, alia sinistra Hastam, in gradibus Templi duo Capita, Masculum, & Fœmineum. *Ex Num. Arscot. tab. 16. num. 21. 22.*

* DEO AVGVSTO. Caput Aug. laur.
* GALLIENVS AVG. Caput Gallieni. *Stanhem fol. 417.*
Ar. DIVO AVGVSTO. Caput Aug. radiatum.
CONSECRATIO. (Ara accensa.
* (Aquila expansis alis. *Patin. Thesauro.*

* S.P.R.Q. Templum quatuor Columnarum, vt illud Vestæ, in quo Currus absque Equis. *R.P. Minj.*
* DIVVS AVGVSTVS PATER.
* AVGVSTVS. Capricornus Cornucopiæ tenens in laurea. *Patin. Suet. fol. 139.*

* IMP. T. VESP. AVG. REST. Templum Prouidentiæ. *Ex Thes. Mauroceno l. C. Bon.*
DIVVS AVGVSTVS. Caput Aug.
IMP. NERVA CÆSAR AVG. REST. S. C.
* (Aquila expansis alis fulmini insistens. *Angell. f. 25. num. 36.*
(In medio Nummo.
* (Ara Prouidentiæ. *Ind. Polatio.*
(Fulmen alatum.
* (Globus cum Temone. *Angell. f. 25. num. 35.*
IMP. NERVA CÆS. AVG. REST. S. C. (Ara.
* (Globus cum Temone. *Ind. Cauotorta.*
IMP. NERVA CÆSAR AVGVSTVS REST. S. C. In medio Nummi. *Patin. Thesaur.*
* IMP. T. VESP. AVG. REST. Aquila in Globo. *M. N.*
* IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liuiæ Globo innixum. *Triftan. tom. 1. f. 123.*
* IMP. NERVA. CÆSAR AVGVSTVS REST. S. C. In medio Nummo. *Ind. Cauotorta.*
DIVVS AVGVSTVS S. C. Caput Aug. Corona radiata.
CONSENSV SENAT. ET EQ. ORDIN. S. P. Q. R. Figura sedens, dextra ramum Lauri tenens.
DIVA AVGVSTA.
* (Caput Liuiæ velatum. *Angellon. f. 39. num. 18.*
* (Caput Liuiæ absque velo. *Idem f. 39. num. 19.*
* (Figura sedens, dextra spicas, sinistra facem, Capite laureato. *M. N.*
DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug. *in alijs* laureatum, *in alijs* radiatum.
S. C. (In Corona Quercea.
(Fulmen Iouis.
(Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
(Figura militaris stans, dextram eleuans inter duas alias, quarum alia sedens, sinistra Cornucopiæ tenens, alia stat cum Hasta pura, Victoria, in medio Aquila, & monstra.
* (Aquila Globo insidens. *M. N.*
(Victoria alata gradiens, dextra scutum, in quo S. P. Q. R.
* (Templum rotundum quatuor columnarum, hinc, & inde duæ Bases, quibus instant duo Tauri. *Angellon. f. 25. num. 28.*
IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. Aquila.
* Aquilla insidens Globo. *M. N.*
* Aquila expansis alli Fulmen vnguibus tenens. *Ind. Polatio.*
* Victoria gradiens dextra scutum, in quo S. P. Q. R. *Pat. Ind. f. 3.*
* IMP. T. VESP. AVGVSTVS REST. S. C. PROVIDENTIA. Ara, siue Templum. *Ind. Cauotorta.*
PROVIDENT. S. C. Templum.
* PER AVG. PROVIDENT. Templum, seu Ara. *P. Cattani.*

ÆTER-

ÆTERNITATI AVGVSTI. Templum.
* OB CIVES SERVATOS S. C. In Corona Quercea, quam sustinent duo Capricorni, Globo medio. *Pat. Suet. f.* 139.
* IOVI DEO S. C. Templum. *Patin. Ind. f.* 2.
* AVGVSTVS DIVI F. Bos Cornupeta. *ibidem f.* 3.
* PROVIDENT. IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. Ara. *ibidem.*
* IMP. D. CÆS. AVG. RESTITVIT S. C. Aquila Globo insidens. *ibidem.*
IMP. NERVA CÆSAR AVG. REST. S. C. Ara.
* CIVIBVS, ET SIGN. MILIT. A PART. RECVP. Arcus, cui Quadrigæ Triumphales insistunt cum duabus, hinc indè figuris, siuè Victorijs, Imperatore triumphante medio. *Ind. Cauotorta.*
* DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug. cum Ramo Palmæ.
* Ædificium vndecim Arcubus constans, in cuius extremis consurgunt binæ Turres, suprà quas, hinc curtus Elephantorum, illinc Quadriga Victoriata, super alios quinque exurgunt Piramides, quarum media maior est. *Angelon. f.* 25. *num.* 25.
DIVVS AVGVSTVS PATER PATRIÆ. Caput Corona radiata cum duabus Stellis.
* Ara accensa. *Num. Arscot. tab.* 16. *num.* 18.
CONSECRATIO S. C. * Cippus, suprà quem Fulmen, ad pedes Cippi Aquila. *ibidem num.* 19.
* Aquila expansis alis Fulmini insistens. *ibidem num.* 20.
AVGVSTO DEO. Figura radiata sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. Templum octo Columnarum.
* DIVO AVGVSTO. Caput Corona radiata.
* CONSECRATIO. Aquila expansis alis. *Pat. Suet. f.* 146.
* DIVVS AVGVSTVS. Fulmen.
* IMP. NERVA CÆS. AVG. REST. S. C. Aquila insidens Globo. *Oysel. tab.* 114. *num.* 6.
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum, cum suis Ducibus, & Quadrigæ insidet Aug. dextra Pateram, sinistra Hastam.
S. P. Q. R. In Peristylio Templi.
* TI. CÆSAR DIVI F. AVGVST. P. M. TR. PO. XXII. S. C. *M. N.*
* TI. CÆS. DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. P. XXIV. S. C. *Ind. Cauotorta.*
* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Duo Capricorni, cum laurea, in qua Scutum, in quo OB CIVES SER.
* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. S. C. *M. N.*
* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIIX. S. C. *Ind. Polatio.*
* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Duo Capricotni cum Temone, & Globo, lauream sustinentes, in qua OB CIVES SER.
* TI. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PON. MAX. TR. POT. XVI. S. C. *Num. Arscot. tab.* 14. *num.* 23. 24.
* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XVII. S. C. *Indice Cauotorta.*
. . . . . .
* TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. REST. S. C. Aquila Globo insidens. *Oysel. tab.* 114. *num.* 2.
* IMP. NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM. REST. S. C. PROVIDENT. Ara. *Oysel. tab.* 114. *num.* 3.
* IMP. T. VESPASIAN. AVG. RESTITVIT S. C. Aquila fulmini instans. *ibidem num.* 4.
* IMP. DOMITIAN. CÆS. AVG. RESTITVIT. S. C. Aquila Globo instans. *ibidem num.* 5.
* IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. P. P. REST. S. C. PROVIDENT. Ara accensa. *ibid. n.* 6.
* AVGVSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum, vt in superiori.
TI. CÆS. DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. P. XXIV. S. C. *Ind. Cauotorta.*
* DIVVS AVGVSTVS PATER. Imp. sedens dextra ramum, sinistra Hastam.
* IMP. T. CÆS. DIVI VESP. AVG. F. P. M. TR. P. P. P. COS. VII. REST. S. C. In medio nummo. *Ind. Cauotorta.*
* DIVVS AVGVSTVS PATER. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIII. S. C. In medio Nummo. *Ind. Polatio.*
* IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. S. C. In medio Nummo. *P. Cattan.*
* DIVVS AVGVSTVS. Caput Aug., antè quod Palma.
* Imperator dexra figuram habitu Parthico ornatam tenet; cui sinistra ablanditur. *ibidem.*
* Capita fugata Augusti, & Liuiæ, Epigraphe Nummi non legitur, deficiente metallo.
* . . . . . RIS. Templum quatuor Columnarum. *ibidem.*

AVGVSTI NVMMI À COLONIIS, ET MVNICIPIIS CVSI.

Colonia Iulia Gemina Accitana.

ACCI. *Colonia Hispaniæ Beticæ non obscura, Iulia Gemina dicta, nunc* Guadix *Vrbs Episcopalis, in Regno Granatensi.*

AVGVST. . . . . Caput Aug.
* . . . . . S. C. I. G. A. Duo Capita se respicientia. *M. R. P. Cattanei.*
AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug.
* C. I. G. ACCI. Albogalerus, & Simpulus. *eiusdem.*
* L. I. ACC. In medio trium signorum militarium. *eiusdem.*
. . . . . .
* C. I. C. A. Capita aduersa Germanici, & Drusi. *Schedæ Sponnianæ,*

Colonia Aug. Aroe Patrensis.

PATRÆ Colonia in longissimo promontorio Peloponnesi condita, ex adverso Ætoliæ, & fluminis Euenî, M. passuum interuallo, ex Plinio. AROE primum dicta ab Eumelo regionis illius indigena, post PATRAS a Patreo. Agenonis nepote ampliato pomœrio, tandem dispersis bellorum causa Patrensibus ab Augusto reuocatis, vrbeque restituta AVGVSTA, & a tribus eius conditoribus, & restauratoribus Eumelo, Patreo, & Augusto, Aroe Patrensis Augusta vocata, ex Patino.

AVGVSTI. Caput Aug. radiatum.
✲ TI. CAES. C. I. A. A. Caput Tiberij. *ex Thes. Medicco Reuerendissimus Noris.*
DIVVS AVGVSTVS PATER.
✲ COL. A. A. PATRENS. (Arator cum Bobus, & Labaro. *M. R. P. Cattanei.*
✲ (Sacerdos cum Boue, & Vacca. *M. N.*
DIVVS AVGVSTVS. Caput Augusti sine laurea.
✲ COL. A. PATRENS. Figura Togata cum tessera militari, quam vehunt Boues, *Thes. Theupol.*

Amisus.

An ad AMISVM Ponticam, Athenienſium Coloniam, de qua Stephanus de Vrbibus, an verò ad Amisum Galatiæ Opidum, forte Romanorum Coloniam, de qua Ptolemæus, Polyenus, & Plinius in epistolis referendus sit sequens nummus eruditis lectoris iudicium esto.
DIVVS AVG. PATER.
✲ COL. PAT. AMISV. Tria signa militaria. *Thes. Theupol.*

Berytus.

DIVO AVGVSTO. Caput Aug.
✲ COL. IVL. AVG. FEL. BER. Colonus agens Boues. *Pat. Ind. f. 2.*
DIVVS AVGVSTVS. Caput Aug.
BER. Neptunus nudus, dextra Dolphinum, sinistra Tridentem, dextrum pedem imponens Proræ nauis. *ibidem, vbi nummi egregiè illustrantur ab eruditissimo Antiquario.*

Bilbilis.

Hispania Tarraconensis Opidum in Celtiberia, Martialis Posta Patria illustre, quod vulgus Calatajud hodie dici putat, sed mendose, vt ex Varrerio docet Abramus Ortelius in Thes. Geographico; Vrbs enim Calatajud Campestri loco sita est, Bilbilis verò in monte posita fuit, vnde Montem Baubala, seu Bambola medio milliari a Calatajud distantem, & a Salo flumine in orbem ferè cinctum, sedem fuisse antiquæ Bilbilis, probabilibus coniecturis affirmat ex Augustino, & eodem Varrerio Ortelius.
✲ AVGVSTVS DIVI F.
✲ BILBILIS. Figura equestris decurrens cum Framea. *M. R. P. Cattanei.*
✲ MV. AVGVSTA BILBILIS. M. SEMP. TIBERI. L. LICI. VARO. Circum Coronam quercam, in qua II. VIR. *eiusdem.*
✲ AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ.
✲ MV. AVGVSTA BILBILIS. L. COR. CALDO. L. SEMPR. RVTILO. Circum Coronam quercam, in qua II. VIR. *ex Thes. Medicco Reuerendissimus Noris restituit.*
✲ M. SEMP. TIBERI. L. LICI VARO. Circum lauream, in qua II. VIR. *Patin. Ind. f. 2.*
AVGVSTVS. Caput Aug.
✲ BILBILIS. Figura equestris decurrens cum Framea, *Pat. Ind. f. 2.*
BILBILIS. Caput Augusti.
✲ ITALICA. Eques decurrens cum Framea, *ibidem.*
MV. AVGVSTA BILBILIS. Eques decurrens cum Hasta.
✲ M. SEMP. TIBERI. L. LICI. VARO. Circum Coronam quercam, in qua II. VIR. *ex Thes. Medicco Reuerendissimus Noris rest.*

Cæsar-Augusta.

CÆSAR. Caput Augusti.
✲ C. A. (In Corona laurea. *Patin. Ind. f. 2.*
✲ (In Corona ex Ramis lauri, & nauium rostris compacta. *M. N.*
DIVI F. Caput Aug. cum lituo.
CÆSAR AVGVSTA II. VIR. Coloniæ deductæ Typus.
AVGVSTVS DIVI F. Caput laur., *in alijs* inter Lituum, & Simpulum.
✲ TIB. FIANO, FABIO GER. MV. II. VIR. C. C. A. Taurus. *ex Thes. Medicco Reuerendissimus Noris.*
✲ CÆSAR AVGV. MAN. GRANIO. ITER. L. TITIO II. VIR. Boues ad Aratrum. *ibidem.*
✲ CÆSAR AVGVSTA. (L. CASSIO. C. VAL. CEN. II. VIR. In Corona quercea, *ex Thes. Medicco Reuerendiss. Noris restituit.*
✲ (L. CASSIO C. VALER. CEN. II. VIR. (Eodem Typo. *P. Cattanei.*
✲ (Sacerdos agens iugum Bouum. *Patin. Ind. f. 3.*
✲ (Q. LVTAT. M. FABIO II. VIR. Coloniæ deductæ Typus. *ex Thes. Medicc. Reuerendissimus Noris rest.*
✲ (M. PORCI. CN. FAD. II. VIR. Labarum basi insistens. *P. Cattanei.*
✲ (. . . . RIO. ITER. L. . . . T. . . . IT. II. VIR. Arator cum Bobus. *eiusdem.*
✲ (II. VIR. Coloniæ deductæ Typus.

TIB.

✲ TIB. CLOD. FIANO. PRÆF. GERMAN. L. IVVENT. LVP. II. VIR. C. C. A. Taurus in medio. *ex Thes. Medic. Reverendissimus Noris refl.*
PRÆF. GERMAN. LVPERCO C. C. A. Taurus in medio.
IMP. DIVI F. Caput Aug. cum lituo.

Q. MAXIMO ITER. LINO II. VIR. CÆSAR AVGV. Sacerdos agens iugum Bouum.
IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES. XIV.
✲ M. PORCI. CN. FAD. II. VIR. CÆSAR AVGVSTA. Colonus agens iugum Boum. *Patin. Ind. f. 3.*
COS. XI. DES. XII.

CAESAR AVGVSTA VERRIO II. VIR.
IMP. AVGVSTVS TRIB. POTEST. XX.
CN. DOM. L. DO. M. AVR. C. VET. L. AVG. III. VIR. CAES. AVGVS. Bos.
CN. DOM. IMP. C. VET. LANG. II. VIR. CAES. AVGVS. Sacerdos agens iugum Bouum, Caput Aug. laur. ante quod manus expansa.
✲ M. VETTIACVS CATO II. VIR. C. C. A. Duo signa manipularia, in quorum medio Aquila legionaria. *Spanhem. f. 120.*
DIVVS AVGVSTVS PATER.
✲ SCIPIONE, ET MONTANO II. VIR. C. C. A. Fulmen alatum. *Patin. Famil. Cornel. num. 48.*
CAESAR AVGVSTA.
M. FABI. . . . II. VIR. Duo Boues cum aratro, & Colono.
✲ M. FABRIC. ORTATI II. VIR. CAESAR AVGVSTA. Colonus agens Boues. *Oysel. tab. 31. num. 13.*
DIVVS AVGVSTVS. DIVI F.
✲ FAVINIO ITER. TITIO. II. VIR. COL. CAES. AVG. Boues iuncti. *Thes. Thenpel.*

Calaguris.

CALAGVRIS, qua Livio Calagurium, nunc Calahorra, *Civitas Hispaniæ Tarraconensis in Vasconibus collocata, Municipium Calaguris Iulia appellata.*

IMP. CAESAR. AVGVSTVS. Caput Aug.
✲ C. SEMP. P. ARL. II. VIR. MV. CAL. I. Taurus. *ex Thes. Medicco Reverendissimus Noris.*
AVGVSTVS MV. CAL. IVLIA. Caput Aug. laur.
✲ L. BAEB. PRISCO, C. GRAV. BROC. II. VIR. Taurus, *ex Thes. Medic. Reverendissimus Noris.*
AVGVSTVS MV. CAL. I. Caput Aug. laur.
✲ L. PRISCO, C. BROCCO, II. Caput Tauri, hinc, & indè II. VIR. *ibidem.*
IMP. AVGVS. MV. CAL. Caput Aug. sinè laurea.
✲ L. B. BEBI. C. ATESTI. II. VIR. Taurus in medio. *ex Thes. Medic. Reverendissimus Noris refl.*
IMP. CÆSAR AVGVSTVS PATER PATRIÆ.
✲ SEMP. BARB. Q. BAEB. FIL. AVO. II. VIR. M. CAL. I. Taurus. *ex Thes. Medic. Reverendissimus Noris.*
IMP. AVGVST. PATER PATRIÆ.
✲ L. VALENTINO I. NOVO II. VIR. MV. CAL. I. Taurus in medio. *ex eodem Thes. restituta à Reverendissimo Noris.*
✲ M. LIC. CÆP. C. FVL. RVTIL. II. VIR. M. C. I. Taurus. *ex eodem Thesauro.*
MV. CAL. IVL. Caput Virile.
✲ C. MAR. CAP. Q. VRSO II. VIR. Taurus in medio. *ex eodem Thesauro Reverendissimus Noris refl.*
M. PLAET. TRANQ. VRSO II. VIR. Taurus,
M. PLAET. Q. VRSO II. VIR. ITER. Taurus.
✲ M. PLAET. TRANQ. VRSO II. VIR. ITER. Taurus. *M. R. P. Cattanei.*
MVN. CAL. II. VIR. Caput Virile sinè laurea.
✲ Q. ANTONI. C. FABI. Taurus in medio. *ex Thes. Medic. Reverendissimus Noris refl.*
✲ L. BAEB. PRISCO, C. GRAV. BROC. II. VIR. MV. CAL. IVLIA. Bos. *D. Magnanaca.*

Carthago.

Æmula quondam Romani Imperij, à Scipione Africano deleta, suis ruinis diu iacuit, tandem A. V. C. 725. Augustus Colonam deduxit.

✲ C. C. N. A. T. MANLIO. C. PETRONIO III. VIR. Quatuor signa militaria. *Schedæ Spon. mianæ.*
COLONIA CARTHAGO NOVA AVGVSTA. *Explicat eruditissimus idem Spontius.*

Cartaa, quæ & Caithcia.

Olcadum olim Caput, ab Argantonio condita, Vrbs Hispaniæ Bæticæ extra fauces freti Herculei, nunc suis ruinis (post annum Christi 1344. quo à Mauris, cuius regia fuit recuperata ab Hispanis) porsus sacuas, vix nomine Algezeera retenio, ut ex Morali Ferrarius in Lexico Geographico.

CÆSARI AVG. IV. VIR. CART. Temon.
✲ GERMANICO, ET DRVSO. Caput mulebre Turritum, cum Temone, *ex Thes. Medicco Reverendissimus Noris,*

Co-

Corinthus,

AVGVSTVS CORINT. Caput Aug.
✲ P. ÆBVTIO. C. IVLIO HERAC. II. VIR. QVI. ITER. In Laurea. *Patin. Fam. Æbutia num. 1.*
CÆSAR AVGVST. Caput Aug.
✲ M. BELLIO PROC. . . . . II. VIR. COR. Pegasus alatus. *Patin. Ind. fol. 3.*
CORINT. Caput Aug.
✲ P. ÆBVTIO. C. IVLIO HERAC. II. VIR. QVI. ITER. In Laurea. *Patin. Famil. Æbutia num. 2.*
✲ L. ÆBVTIO. . VIR. Prora Nauis. *Ibidem.*
. . . . . .
✲ COR. II. VIR. Templum. *Patin. Ind. fol. 3.*
CÆSAR CORINT. Caput Aug.
✲ C. L. Caij, & Lucij Capita in prospectu. *Thes. Theupol.*
DIVVS AVG. D. F.
✲ FVRIO LABEONE II. VIR. COR. Templum. *Thes. Theupol.*

Ebora.

A Plinio, & à Nummis Liberalitas Iulia *nominata, nunc* Euora *dicta Vrbs Lusitaniæ præcipua, ad quam referendi Nummi, cum aliàs in Hispania quinque Vrbes Eboræ nomine recenseat Ortelius in Thesauro Geographico.*
PERMISSV CÆSARIS AVGVSTI. Caput Aug. sine Laurea.
✲ LIBERALITATIS IVL. EBOR. Flagellus, Vrceolus, Patera, Simpulum. *Ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*
PERMISSV CÆSARIS AVGVSTI P. M. Vt supra.
✲ LIBERALITATIS IVL. EBOR. Simpulum, Patera, Aspergillum, Præfericulum. *M. R. P. Cattanei.*

Emerita.

AVGVSTA EMERITA Vrbs Lusitaniæ ampla olim ad Anam fluuium in Extremadura, nunc Merida *ab Augusto condita A. V. C. 729. Veteranis ad incolendum tradita, & Colonia Augusta Emerita dicta. Ex Dione lib. 53.*
IMP. AVGVST. TR. P. XIIII.
COL. AVGVSTA EMERITA. Portæ Emeritæ Coloniæ inter binas Turres.
PERM. CÆSARIS AVGVSTI. Facies pueri grandior.
✲ EMERITA. Vir Boues ad aratrum agens. *Ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*
PERMISSV CÆSARIS AVGVSTI D. D. Caput grande barbatum in prospectu.
✲ PERMISSV CÆSARIS AVGVSTI EMERITA. Pons duorum Arcuum, & duarum Turrium. *M. R. P. Cattanei.*
PERMIS. . . . . RIS AVGVSTI. Caput deforme in prospectu.
✲ EMER. AVGVSTA. Colonus agens Boues. *Eiusdem.*
DIVVS AVGVSTVS CÆSAR.
COL. AVGVSTA EMERITA. Castra. *Patin. Ind. fol. 3.*
DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug. *in aliquibus* supra verticem sydus, ad occiput fulmen habens.
✲ COL. AVGVSTA EMERITA. Porta Vrbis turrita. *Ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*
✲ AVGVSTA EMERITA. (Castrum. *Spanhem. fol. 395.*
✲ (Pons duorum Arcuum, & duarum Turrium. *M. R. P. Cattanei.*

Ergauica.

Celiberorum in Hispania Tarraconensi Ciuitas, hodie Alcaniz, *quam Municipium Romanorum fuisse nos docent Nummi*
AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. Laur.
MVN. ERCAVICA. Taurus.

Ilerda.

Hispaniæ Tarraconensis Vrbs, nunc Lerida *dicta, inter duo flumina Sicorim, & Cingam paulo infra confluentia, Romanorum Municipium, celebre bello quod circà ipsam Iul. Cæs. gessit cum Afranio, & Petreio Pompei legatis.*
IMP. CÆSAR DIVI F.
✲ MVN. ILERDA. Lupi effigies. *Ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*
IMP. AVGVSTVS DIVI F.
✲ MVN. ILERDA. Eodem Typo. *ibidem.*
IMP. AVGVST. DIVI F.
✲ MVN. ILERDA. Lupa gradiens. *Patin. Ind. f. 2.*

Ilipa.

Vrbs Hispaniæ Baticæ, Plinio lib. 3. cap. 1. ILIPA, cognomine Italica dicta, cuius & Liuius meminit initio lib. 35. In libris Conciliorum Elepla *dicta, nunc vero* Niebla.
ILIPENSE, vel ILITENSE, vel ILIPENSES. Pilcis, supra quem dimidiata Luna.
Spica magna per transuersum, absque alia inscriptione.
Hunc Nummum omnium primus protulit Antonius Augustinus dialog. 8. legens ILIBENVM, quod sibi oppidum ignotum fatetur. Occo noster legit ILIPENSE, ac priores litteras detritas putans PHILIPENSE reposuit. Goltzius in tab. 25. Gracia legit ILITENSE, eundem Nummum ad Vrbem Thraciæ Philippopolim referens, denique Spanhemius diser. 2. cum Occone Philipense *dicendum arbitratur, ac spectare ad Philippos Opidum Macedoniæ. Horum tamen errores deprehendit Reuerendissimus Noris, (cui omnia ad hunc Num-*

Nummum ſpectantia debet erudite lector) ſingulari beneficio Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis COSMI III., qui cum copoſiſſima 13m. Veterum Numiſmatum Gazæ nuper ſibi ex Hiſpania tranſmiſſa eidem perluſtrandi facultatem dediſſet, eius generis Nummos primæ magnitudinis duodecuginti, mediocres tres, ac minimos duos obſervauit, in quibus ijs penes Auguſtanum, & Golzium in antica parte Piſcis cum Lunula ſuperius viſitur, ac in medio Nummi legitur ILITENSE, & in quibuſdam ſubtus A. in poſtica verò grandior Spica exprimitur. Itaq; Nummus eſt ILIPÆ in Baſica percuſſus, Vrbe vetus Hiſpaniæ Liuio, Plinio, & Straboni nota; in Gruteri vetuſtis inſcriptionibus pag. 1026. num. 2. legitur epitaphium, Valeriæ, Domitiæ, Clodianæ ILIPENSIS EX PROVINCIA BÆTICA, & pag. 246. num. 7. Traiano Auguſto dicat Epigramma MVNICIPIVM INLIPENSE. Porrò in laudatis Nummis pro P. Latino viſitur II Gracorum. Vrbs hæc ſita erat ad Betim inter Cordubam, & Hiſpalim, à qua millia paſſuum xxiv. diſtabat. Gothi Hiſpaniæ occupata Eliplam eam dixere, quam Saraceni poſtea euertere; Huius Vrbis Epiſcopi in Toletanis Concilijs paſſim memorantur. Omnia ad verbum Reuerendiſſimus Noris.

Ilici, ſiuè Illice.

Vrbs maritima in Hiſpania Tarracenenſi ad Serabim fluuium, nunc Alicante *quibuſdam, ex qua Sinus Illicetanus* Golfo d'Alicante, *alijs* Elchæ. *Colonia hæc Immunis à Plinio dicitur, Auguſtaq; ab Auguſto denominata.*

AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. Laur.
Templum cum literis, inter Columnas C. I. IL. A. In Templi frontiſpicio legitur IVNONI, circum Nummum. MON. T. II. VIR. Q. Q. PAPIR. CAP. Q. TER. *Ex Theſ. Med. Reuerendiſſimus Noris.*

L. MANIO T. PETRONIO II. VIR. Signa Cohortium cum Aquila legionis, & literis C. C. I. IL. A. mediis. *Quas ſic interpretatur Reuerendiſſimus Noris, Colonia Cæſaris Illice Auguſta. Ex Theſ. Medicæo.*

Incerta.

Nummos omnes Coloniarum, in quibus Duum Virorum tantum nomen legitur, nulla Colonia adſcripta mentione, in claſſem unam redegimus, Incertorumque appellatione ſignauimus, quos aqui, bonique conſulat Eruditiſſimus Lector.

Aur. IMP. CÆSAR. Colonia deducta.
AVGVSTI. Caput Apollinis ſpecie prolixos capillos habens.

Æ. AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. Laur.
✻ NTION. . . . . C. II. VIR. Signum Cohortis, Duæ Aquilæ legionariæ, & ſignum Manipulare erecta. *M. N.*

✻ C. VARRVS SEX. IVL. POL. II. VIR. Q. . . . . *vt in Patin. fol. 32. ſed varia. Muſæi Correrij.*

APALVS II. VIR. Taurus.
C. SVLPITIO L. CELSO D. LÆLIO BALBO II. VIR. Taurus.

✻ C. VAR. RVF. SEX. IVL. POL. II. VIR. Q. Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus. *Ex Theſ. Med. Reuerendiſſimus Noris reſt.*

✻ M. POSTVM. ALBIN. L. PORT. CAPIT. II. VIR. Q. Taurus. *Ex eodem Theſ. reſtituitur.*
T. CRISP. VALERIANO M. SERVIL. L. CÆSON II. VIR. Taurus.

✻ C. VAARVS SEX. IVL. POL. II. VIR. Q. Capeduncula, Flagrum, Securis, Albogalerus. *M. R. P. Cattanei.*

✻ L. CASSIO. C. VALERIO II. VIR. In Corona quercea. *eiuſdem.*

CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug.
✻ VIPSANIO AGRIPPA II. . . . . Pegaſus. *Muſæi Correrij.*

✻ Q. TERENTIO CVLLEONE II. VIR. Caput Laur. *Patin. Fam. Terentia num. 6.*

AVGVSTVS. C. VIBIO CELSO. Caput Aug. in Corona Laurea.
SEX. CETHEGO Q. POP. SECVNDINO II. VIR. Bos.

AVGVSTVS. Caput Aug.
SEX. POMPEIO T. CEL. L. COR. MES. II. VIR. Bos.
Sacerdos agens iugum Bouum. *M. N.*

AVGVSTVS IMP. Caput Aug.
EFRENE. II. VIR. Colonus agens iugum Bouum.
C. LV. . . CAND. . . . II. VIR. Taurus in medio.

IMP. CÆSAR AVGVSTVS.
L. CORNIFICIO. N. CELSO. C. CENSORINO II. VIR. Bos.
S. POMPEIO. T. CEL. L. COR. MES. II. VIR. Bos.

PERM. CÆS. AVG. Caput Aug.
✻ C. A. L. V. E. R. Aquila legionaria inter duo ſigna Cohortium. *M. R. P. Cattanei.*

Caput Aug. abſque Inſcriptione.
✻ Labyrinthus abſque Inſcriptione, *eiuſdem.*

CÆSAR AVGVSTVS TR. POT.
C. ATEL. CAPIT. C. PONTIO. P. OREST. II. VIR. Taurus.

AVGVSTVS DIVI F. COS. IX. IMP. VIII. Caput Aug. cum Corona.
L. BAEBIO PRISCO C. GRAV. BROC. II. VIR. Taurus.

AVGVSTVS P. P. COS. X. Caput Aug.
P. OREST. C. PONTIO. C. SVLPICI II. VIR. Taurus.

CÆSAR AVGVSTVS TRIB. POT. IX. COS. XI. Caput Aug.
P. QVIN. VARO. M. TITIO. L. COR. BALBO II. VIR. Taurus.

IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XII. Caput laur.
L. POMPON. Q. ATHERI. C. CÆCIN. II. VIR. Bos.

✻ G. POMPEIO. DOMIT. II. VIR. Taurus. *Theſ. Theupol.*

Caput Aug. ſine epigraphe.
✻ LIVINEI. CAL. PRO PR. S. C. Elephas. *Theſ. Theupol.*

Caput Aug., & nota X.
✻ ANTONIO PETRONIO II. VIR. Labyrinthus. *Thef. Theupol.*
DIVVS AVG. D. F.
✻ MONT. II. VIR. PAPIRIO. C. A. . . . Templum, in cuius liminari IVNONI. *Thef. Theupol.*
AVGVSTVS P. M. TR. POT. XII. P. R. II. VIR. Caput Aug. laur.
C. BALBO L. PORTIO. Taurus.
AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ.
✻ . . . . LVCIO VARO . . . . II. VIR. Fulmen Trifulcum. *M. R. P. Cattanei.*
✻ C. DOMIT. L. POM. . . . . II. VIR. Taurus, *ex Ind. Polatio.*
IMP. C. D. F. A. P. M. P. P. Caput Aug.
✻ P. P. D. D. In medio Nummo, circum, P. D. V. S. P. II. VIR. C. L. C. P. *M. R. P. Cattanei.*
Forte COLONIA IVLIA CALPE *addita litterâ* A.
IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XXI.
C. SVLPITIO L. CELSO. D. CÆLIO BALBO II. VIR. Bos.
DIVVS AVGVSTVS PATER. C. A. L.
✻ PERM. AVG. PROVIDENT. Ara. *M. R. P. Cattanei.*
DIVVS AVGVSTVS.
VICTORIA AVG, CAPIT. RO. ITER. *Thef. Theupol.*

Colonia Iulia.

Gallia Togata Vrbs in via Claudia in Agro Parmenſi, Plinio Fidentia dicta, hodie à Sancto Donino, qui ibidem martyrio coronatus fuit Borgo S. Donino *dicta.*
IMP. CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug.
✻ COL. IVL. Colonus agens Boues. *Patin. Ind. f. 2.*

Iulia Auguſta.

Quæ & Auguſta Vindelicorum, Vindelicia Vrbs ad Vinde, & Lici fluminum confluentiam. Ex veteri inſcriptione Coloniam Iuliam Auguſtam dictam docuit Eruditiſſimus huius Vrbis Civis, & decus Marcus Velſerus, nunc Augsburg *dicitur.*
Aur. IMP. CÆSAR AVG. PON. MAX. TR. POT. XVI. COS. XI. IMP. XIV.
TI. SEMP. T. F. GRACCVS II. VIR. ITER. COL. IVL. AVG. EX S. C. Sacerdos agens iugum Bouum.
Æ. DIVVS AVGVSTVS. Caput Aug. laur.
✻ COL. IVL. AVG. Boues iuncti. *Thef. Theupol.*

Iulia Celſa.

Opidum olim Ilergetum, nunc Vicus Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Iberum fluvium, communiter XELSA dicitur, Moralis tamen, cui & Ant. Auguſtinus accinit, putat Celſam non fuiſſe vbi nunc eſt Xelſa, *ſed vbi aliud opidum* Vililla *diſtans, à* Xelſa *leuca diſtantem. Antiquis Colonia Iulia Victrix Celſa dicta eſt.*
AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. laur.
✻ L. BACIO. MV. FESTO. II. VIR. C. V. I. CEL. { In medio Nummo. *M. R. P. Cattanei.*
✻ { Bos, *ex Thef. Medic. Reuerendiſſimus Noris reſt.*
✻ L. BVCCO II. VIR. C. V. I. CEL. Taurus. *ex Thef. Med. idem.*
✻ L. SVRA. C. V. . . . BVCCO. II. VIR. C. V. I. CEL. Taurus. *M. N.*
✻ SEX. POMP. . . . . AVSA C. VI. CEL. Circum Coronam querceam, in qua AED. *ex Thef. Med. Reuerendiſſimus Noris.*
✻ C. I. C. Inſignia cohortium. *Idem.*
AVGVSTVS. C. V. I. CELSA. Caput Aug. in laurea.
L. CORN. TERR. M. IVN. HISP. II. VIR. Taurus in medio, *ex Thef. Med. Reuerendiſſimus Noris reſt.*
L. CORN. TERREN. M. IVN. . . . . II. VIR. Taurus vt ſuperior.
Q. POMP. SECVNDINO SEX. CETHEGO II. VIR. Taurus.
IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XII. Caput laur.
CN. DOMITI C. POMPEIO II. VIR. C. VI. CEL. II. VIR. Taurus in medio, *ex Thef. Med. Reuerendiſſimus Noris reſt.*
COL. V. I. CEL. Taurus, *ibidem.*
COL. V. I. CELSA II. VIR. Caput Auguſti.
✻ L. POMPE. BVS. L. CORN. FRONT. Taurus. *ex eodem Thef. idem reſtit.*
✻ M. EBVCCO L. CORN. FRO. Taurus. *M. R. P. Cattanei.*
✻ M. EBVCCO L. CORNE. FRO. Bos. *ex Schedis D. Magnanate.*

Iulia Leptis.

Duo ſunt in Africa Vrbes Leptis nomine, Magna, & Parua cognominibus diſtincta: Hæc eſt Magna, quam, & Antoninus in Itinerario Coloniam vocat, & Auguſtinus Dialogo 6. ex nummis monet dictam fuiſſe Coloniam Iuliam Victricem Leptin, nunc Napoli di Barberia *vocari ex Sannuto ſcribit Ortelius, à Mercatore vtrò* Lebida, *apud Cinyphy Fluuij oſtia ſitam fuiſſe nos docet Ferrarius ex Io. Leone.*
COL. VIC. IVL. LEP. Caput mulieb're galeatum.
M. FVL. C. OTAC. P. R. QVINQ. Sacerdos agens iugum Bouum. *ex Thef. Medic. Reuerendiſſimus Noris reſt.*
✻ P. SALIA. M. FVLVL P. R. II. VIR. Bos cornupeta. *idem reſtit.*
P. R. II. VIR. C. V. I. L. Caput Mulieb're galeatum.
✻ C. BALBO. C. PORTIO. Taurus. *ex Thef. Med. Reuerendiſſimus Noris, qui legit* Præfectus II. Vir. Col. Victricis Iuliæ Leptis.
In nummis huius Coloniæ nunquam Auguſtus nominari Eruditiſſimus idem P. Noris notauit.

Iu-

Iulia Traducta.

Antiqua TINGIS ab eruditis huc vsque credita, Mauretaniæ Tingitanæ ad Fretum Herculeum Vrbs, sed re vera Colonia à Romanis in ora Batica condita, & IOZA, seu TRADVCTA appellata, pluribus eruditissimè demonstrauit Reuerendissimus Noris numquam satis laudato opere Cænotaph. Pisan. Dis. secunda omnino videnda, cum nobis breuitati studentibus non liceat omnia proferre.

PERM. CÆS. AVG. Caput Aug.
- ✻ IVLIA TRAD. (In Corona quercea, *ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris rest.*
- ✻ (Albogalerus, & Simpulum, *M. R. P. Cattanei.*
- ✻ COLONIA TR. Vrceolus, Flagellum, & Lituus. *ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*
- ✻ IVL. TRA, Capita Caij, & Lucij se respicientia. *ex Schedis D. Magnanace.*

PERM. AVG.
- ✻ IVLIA TRAD, In Corona quercea. *M. R. P. Cattanei.*

Iulia Octauia.

Colonia Iulia Octauia nullam apud Autores mentionem inuenio. Solus Plinius lib. 3. Cap. 4. describens Galliam Narbonensem, meminit Colonia Octauiorum, his verbis, In Ora autem hac Athenopolis Massiliensium, Forum Iulij Octauianorum Colonia, quæ Pacensis appellatur, & Classica. *An verò ad hanc referendus sit nummus (vt ego existimo) eruditi Lectoris iudicium esto.*

IMP. AVGVST. TR. P. XIV. Caput Aug. laur.
COL. IVL. OCTAV. Sacerdos agens iugum Boum.

Italica.

Controuersum est inter Neotericos Cosmographos, an ITALICÆ Municipium fuerit vbi nunc est Sciuilla la Vieja, *an verò vbi* Alcalà del Rio, *certum tamen, verumque est Vrbem fuisse Hispaniæ Baticæ ad Batim, Municipium à Scipione Africano conditum, cum rebus in Hispania compositis de reditu in Italiam cogitaret, omnibus vulneratis in vna Vrbe collocatis, eaque ex ipsorum Patria Italica dicta; Postmodum Patria Trium Augustorum, & quidem inter maximos Traiani, Hadriani, & Theodosij Seniorisi, Silij quoque Poetæ natalibus illustris.*

AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug.
ITALICA. Figura equestris decurrens cum Framea.
PERM. AVG. MVNIC. ITALIC.
- ✻ GEN. POP. ROM. Figura stans, dextra Pateram, ad pedes Globum. *M. R. P. Cattanei.*

DIVI F. D. D. Caput Aug.
- ✻ PERM. DIVI AVG. MVNICI. ITAL. Miles Armatus. *Thes. Theupol.*

Nemausum.

IMP. DIVI F. P. P. Duo Capita aduersa vnum laureatum, aliud absque laurea.
COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus.
IMP. DIVI F. Duo Capita vt superiora.
- ✻ COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus. *M. N.*

Caput Galeatum.
- ✻ NEM. COL. (Dea stans arrectos pascens Colubros. *Patin. Ind. f. 2.*
- ✻ (Oleæ Rami, supra vas inuersum, in laurea. *ibidem.*

Osca.

Ilergetum in Tarraconensi Hispania Vrbs, celebris Sertorij morte, nunc Huesca *Cluso teste dicitur, & Vrbs Victrix Osca in nummis signatur.*

VRBS VICT. Caput Aug.
- ✻ OSCA. Eques decurrens cum Framea. *Patin. Ind. f. 2.*

AVGVSTVS DIVI F.
- ✻ M. QVINT. . . . . AELIO. R. . . . V. V. OSCA. Figura equestris cum Framea. *M. R. P. Cattanei.*

AVGVSTVS PATER PATRIÆ.
- ✻ V. V. OSCA. Figura equestris decurrens cum Framea. *R. P. Cattanei restitut.*

AVGVSTVS DIVI F. PONT. MAX. PATER PATRIÆ.
VRB. VIC. OSCA. SPARSO, ET CELERE II. VIR. Equestris figura decurrens dextra Framea.
COMPOSTO, ET MARVLLO II. VIR. V. V. OSCA. Vt superior.
. . . . . .
- ✻ OSCA. Figura equestris decurrens cum Framea. *Num. Arscot. tab. 7. num. 16.*

Colonia Patricia.

Plinius, & Inscriptiones Hispania docent nos Cordubam Hispania Batica opidum Coloniam Patriciam *dictam, antiquitate, quæ nobis* Corduua. *Ad Batim sita est Seneca Oratoris, & Lucani Poeta natalibus insignis.*

PERMISSV CÆSARIS AVG. Caput Aug.
COLONIA PATRICIA. Duo signa militaria Aquila legionaria media.
PERM. CÆS. AVG. Caput Aug. absque laurea.
COLONIA PATRICIA. (In Corona quercea,
- ✻ (Simpulum cum Albogalero. *ex Thes. Med. Reuerendiss. Noris,*
- ✻ (Lituus, Patera, Præfericulum, Aspergillum. *P. Cattanei.*
- ✻ (Simpulum, & Vrceus. *Schedæ Spoñianæ.*

Co-

Colonia Romulea.

Hispalis Turdetanorum Vrbs in Hispania Batica, ad Batim fluuium, antiquis Colonia Romulea *dicta est, seu vt Plinius* Colonia Romulensis, *nunc* Sevilla *dicitur.*

* PERM. DIVI AVG. COL. ROM. Caput Aug. cum Fulmine, *in aliis* laureatum. *ex Ind. Patin. f. 5.*
* IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liuiæ Globo impositum. *P. Cattanei.*
* DRVSVS CÆSAR. GERMANICVS CÆSAR. Capita Drusi, & Germanici aduersa. *eiusdem.*
* DRVSVS CÆSAR. NERO CÆSAR. Duo Capita aduersa. *ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris rest.*
* IMP. DIVVS AVGVSTVS. Caput Aug. laur.
* IVLIA AVG. GENET. ORB. PERM. D. AVG. COL. ROMVLEA. Caput Liuiæ insistens Globo. *Thes. Theupol.*

Segobriga.

Celtiberorum in Hispania Tarraconensi opidum, quod Iuiesta *nunc dici putant Marianna, & Zurita, Vasæus, Cluuius, & Tarapha* Sogorne, *Morales vero* Cabeça el Griego.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. laur.
SEGOBRIGA. Figura equestris decurrens cum Framea.

Tarraco.

Vrbs in Hispania Citeriori, quæ ex ipsa Tarraconensis appellatur, nunc Tarragona, *olim conuentus Iuridicus, & insignis Metropolis, hæc* Colonia Victrix, Iulia, & Togata, Tarraco *Nummis describitur.*

IMP. CÆS. AVG. TR. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur.
* TI. CÆSAR C. V. T. Caput Tiberij. *Patin. Ind. f. 2.*
CÆSAR AVGVSTVS. C. V. T. Caput Aug.
* C. L. . . . . Capita Caij, & Lucij se respicientia. *Pat. Ind. f. 4.*
DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug.
* C. V. I. T. (Templum octo columnarum, cum epigraphe. ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. *P. Cattanei.*
* (Ara, in qua Palma enata. *Patin. Thes. vbi nummus illustratur.*
DEO AVGVSTO. Iupiter sedens, dextra Victoriolam.
C. V. I. T. ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. Templum, vt superius.
Explicat hos nummos, Insignis Taciti locus lib. primo Annalium in fine. sic.
Templum vt in Colonia Tarraconensi struebatur Augusto, petentibus Hispanis permissum, datumque in omnes Prouincias exemplum.

Colonia Toletana.

Quæ, & Aug. Carpentanorum dicta fuit, nunc Toledo *Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, ad Tagum fluuium circumfluentem.*

* P. CARISIVS LEG. PROPR. COL. TOLET. Caput Turritum. *Oisel. tab. 31. num. 8.*

Tutiaso.

Hispaniæ Tarraconensis Vrbs, Romanorum Municipium, inter Numantiam, & Iberum fluuium, Neotericis Tarracona.

IMP. AVGVSTVS P. P. Caput Aug.
* MVN. In Corona quercea, sub qua TVRIASO. *ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris rest.*
TVRIASO. Caput muliebre.
* M. CÆCIL. SEVERO. CLA. AQVILIO. TVRIASO. Circum Coronam quercream, in qua II. VIR. *ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*
IMP. AVGVSTVS PATER PATRIÆ.
* L. MARIO L. NOVIO. MVN. TVRIASO. Circum Coronam quercream, in qua II. VIR. *ex eodem.*
DIVVS AVGVSTVS MVN. TVR. Caput Aug. Cor. radiata.
* TI. CÆSAR AVGVSTVS. Caput Tiberij. *Schedæ D. Magnauacæ.*

Valentia.

* VALENTIA. (Duplex Cornucopiæ. *Num. Arscot. tab. 16. num. 12.*
* (Duplex Cornucopiæ cum lituo militari. *Oisel. tab. 31. num. 6.*

AVGVSTI VXORES.

SERVILIA.

Publij Seruilij Isaurici filia, nupsit Octauiano Adolescenti, verum postquam M. Antonio reconciliatus est Octauianus, post primò natam inter eos simultatem, militibus vtriusque expostulantibus, necessitudine aliqua, amicitiam stabilire, corroborareque, repudiata fuit. *Suet. in Aug.*

CLAVDIA.

P. Claudij ex Fuluia filia, M. Antonij Priuigna, hæc ob quandam dissensionem inter Fuluiam, & Generum coortam, cum virgo adhuc esset, fuit repudiata. *vide Martialem lib. XI.*

SCRIBONIA.

Claudia repudiata, Scriboniam vxorem duxit, quamuis nuptam antea duobus Consularibus viris, & ex altero filium peperisset. Hæc postquam Iuliam peperit Cæsari, repudiata fuit ab eo, ob morum peruersitatem planè intolerabilem.

IV-



LIVIA, QVÆ ET IVLIA.

Liuij Druſi Calidiani filia, hanc (Scribonia repudiata) à Tib. Claudio Nerone, apud quem tùm vterum ferebat, poſtulauit Aug., vt eam ſibi vxorem concederet, quam prægnantem abduxit, dilexitque. *Suet.* Interrogantibus Matronis quibuſdam Romanis, qua arte ſibi ità beneuolum Auguſtum reddidiſſet, modeſtia reſpondit, cum omnia ex eius voluntate efficiam; vnde teſtamento Auguſti adoptata fuit in familiam Iuliam, nomenque Auguſtæ, & nouo exemplo, coniux fuit filia mariti, ſcilicet adoptione, eidem ob hoc adulabantur Romani, decreta Adoptioni Ara. *vide Tac. lib. 1.*

Hæc Auguſto venenatas porrexit ficus, vt cunctantem in ſene animam citiùs educeret. *Pompon. Latus.* Superbia omnes priores feminas longo interuallo poſt ſe reliquit, inſaque ſe Tiberio Imperium dediſſe ferebat, ideoque non æquata modo poteſtate cum eo regere, ſed priorem ipſo gerere volebat. *Dion. lib. 57.* Cum è Palatio exiret magna, & grauium, & doctorum virorum multitudo eam comitabantur. *Macrob. lib. 2. Satur.*

Obijt anno XV. poſt Auguſti deceſſum, cum vixiſſet annis LXXXVI. laudata in Funere à Caio Pronepote anno Tiberij XV. A.V.C. 782. *Duobus Geminis Coſs.*

Ar. LIVIA AVGVSTA.
DIANA LVCIFERA.

Æ. DIVA LIVIA DIVI AVGVST.
CONSECRATIO S. C. Pauo.
Vt animas Impp. ab Aquila Iouis Aliter in Calum delatas credidit Antiquitas, ſic Auguſtarum à Pauone Iunonis Ani eo deduſtas aſſeruit: vnde in nummis Pauo ſolus Conſecrationem Auguſtæ deſignat, etſi in aliquibus in Concordia ſymbolum reperiatur.
S.P.Q.R. IVLIÆ AVGVSTÆ. Carpentum cum duabus Mulis.
Carpentum erat vehiculum, quo Circenſi Pompa Deorum tantum, ac SemiDeorum (quorum animæ in Calum erant) Imagines à Mulabus trahebantur.
✻ TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXXIIII. S.C. *M. N.*
DIVÆ IVLIÆ AVGVSTI FILIÆ. Caput Liuiæ.
✻ DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug. *Spanhem. fol. 607.*
DIVA AVGVSTA. Caput Liuiæ, *in alio* velatum, *in alio* abſque velo.
✻ DIVVS AVGVSTVS S.C. Caput Aug. Corona radiata. *Angellon. fol. 39. num. 18. 19.*
DIVA AVGVSTA. Figura ſedens dextra Spicas, ſiniſtra Facem, Capite laureato.
Ceres habitu Liuiæ hoc expreſſa, vt ex Spicis, & Face.
✻ DIVVS AVGVSTVS S.C. Caput Aug. radiatum. *M. N.*
AVGVSTA. . . . . Caput Iuliæ velatum.
Velum diuinitatis indicium Auguſtarum capitibus appoſitũ ad earundem Conſecrationem indic.
✻ . . . . . Caput Auguſti. *Pat. Ind. fol. 4.*
AVGVSTA MATER PATRIÆ. Sedens.
✻ . . . . . Caput Auguſti. *Scheda Spanniana.*

COLONIARVM NVMMI.

Col. Cæſar Auguſt.

IVLIA AVGVSTA C.C.A. Mulier ſedens dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
✻ TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVST. Caput Tiberij. *Ex Thes. Medicco Reuerendiſſimus Noris.*

Italica.

PERM. AVGVSTI ITALICA. Caput Liuiæ.
✻ AVGVSTA. Figura ſedens, vt Veſta. *P. Cattanei.*

Col. Romulea.

IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liuiæ Globo impoſitum.
✻ PERM. DIVI AVG. COL. ROM. (Caput Aug. cum fulmine. *P. Cattanei.*
✻ (Caput Aug. laureatum. *Patin. Ind. fol. 5.*

Corinthi.

REGIANO II. VIR. Caput Iuliæ.
✻ L. FVRIO LABEONE II. VIRO CORINTHVS. Templum ſex Columnarum, in cuius Peripſtylio GENETRIX. *Ex Theſ. Soderin. l. C. Bon.*

9

MARCELLVS, M. MARCELLI, ET OCTAVIÆ AVG. SORORIS FILIVS, AVG. NEPOS.

M. Claudius Marcellus, generosissimæ, lætissimæque indolis adolescens, & fortunæ, in quam alebatur, capax, Ædilitate magnificentissimè gesta, cum illi Iuliam filiam Augustus despondisset, velletque potentiæ, & Imperij successorem relinquere, morbo correptus decessit, non sine suspicione Liuiæ artibus, mortis quæsitæ, vt filijs Imperij viam aperiret, anno ætatis 24. V. C. 731. Defunctum publicè laudauit Augustus, ingenti pompa in campo Martio sepeliuit, eiusque nomine Theatrum dedicauit.

Æ. Caput Iuuenile absque laurea, & inscriptione, vt creditur Marcelli.
✲ P. LICINIVS STOLO III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Spanhemius f. 641.*

10



M. VIPSANIVS L. F. AGRIPPA.

Cæsar, post Ventidij Triumphum, in Galliam bellico tumultu inquietam profecturus, M. Agrippam cum Imperio, & Exercitu in eandem præmittit. Agrippa Victor Aquitanos imperata facere cogit, & pacata Gallia, rebusq; prosperè gestis Romanorum secundus Rhenum transmisit. Inde bello Siculo cum Sex. Pompeio vniuersæ classi à Cæsare præficitur, qui apud Mylas cum Demochare, & Papia Pompei Præfectis congressus, depressis triginta hostium Nauibus, & in his ipsius Papiæ Prætoria, victor remansit. Mylas, & Tyndarida, deiectis Pompeianis, occupauit. Tandem vltimo prælio nauali ad Naulochos fortiter, & strenuè depugnans Pompeium vicit depressis 28. nauibus, cæterisque omnibus, aut fractis, aut corruptis, hostem profligauit. Confecto bello Siculo, Cæsar, in quo præ cæteris fideli, & strenua Agrippæ opera vsus fuerat, eundem nouo, & in eum vsque diem inaudito honoris genere, Rostrata, eaq; Aurea ob Victoriam Naualem Corona, & Vexillo Cæruleo donauit. Inde bello Actiaco eius opera denuò vsus, Methone expugnata deprehensum Isidem Bogudem Mauritaniæ Regem occidit. Triumpho Actiaco Cæsarem comitatus, Corona rostrata insignis, Vexilloque Cæruleo, ob Naualem Victoriam à Cæsare donatus, inter cæteros Equo sublimi vectus eminebat. Vir moderatus, & prudens, quantum rebus benè gestis, & gloria belli excellebat, tantum honore, & modestia Cæsari cessisse, & illustri in suum Imperatorem fide, & apud Ciues suos meritorum fama contentus fuisse traditur, Augusto honestissima semper suasit, & auctor penè reddendæ Reipublicæ fuisset, honoribus quoque ab illo collatis, non ad suos quæstus, aut voluptates, sed ad ipsius Augusti, & Populi commoditates vsus est, Supremis suis annis conflictatus graui pedum morbo cum dolorem perpeti nequiret, vnius Medicorum portentosa scientia, demersis in calidum acetum cruribus, morbi quidem impetum euasit, sed pedum sensu postea caruit. Moritur ætatis anno L. aut alij LI. In Campania anno V. C. 741., quem Augustus tam sua, quam Reipublicæ causa grauissimè indoluit, funusque Romam delatum, ac in Foro propositum laudauit, & cineres in suum Mausoleum condidit. Vnus omnium inter sic genitos felix habitus, etsi felicitatem illam multis æruminis interpellatam scribit *Plin. lib. 7.* vide *Paterculum, Senecam, Plin. Plutarchum, Suetonium, & Dionem.*

M. VIPSANIVS L. F. AGRIPPA COS. DESIGNATVS.

A.V.C. 716. Ante Christum 37.

COSS. Claudius Pulcher. Norbanus Flaccus.

Au. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo.
IMP. CÆSAR DIVI IVLI F. Caput Aug. Iuuenile.
M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.
DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Iulij, & Augusti se respicientia. *Patin. Thes.*

Ar. M AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo.
IMP. CÆSAR. DIVI IVLI F. Caput Aug.
AGRIPPA COS. DES.
AVGVSTVS DIVI IVLI.

M.

M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.
* IMP. CÆSAR DIVI IVLI F. Caput Aug. *M. N.*
* DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Iul. Cæs. & Aug. se respicientia, *Patin. Fam. Vipſ. n. 2.*
M. AGRIPPA. In Area Nummi,
* DIVVS IVLIVS. D. F. Capita aduersa Iul. Cæs. & Augusti. *Ex Theſ. Mauroceno I. C. Bon.*
M. Agrippa Cæsarea Classis Præfectus A. V. C. 718. Sextum Pompeium bis nauali prælio vicit, ex quo IMP. II. dictus est, & Romam reuersus a Cæsare Corona Rostrata aurea donatus est, Corona hac figuris Rostrorum nauium compacta erat, etiam nunc in Nummis annis sequentibus referendis conspicitur,

M. AGRIPPA L. F. COS, IMP. III, PRÆF. CLASS, ET ORÆ MARIT. EX S. C.

COSS. C. Iulius Cæs. Octauianus III. M. Valerius Messalla Coruinus. — *A. V. C. 723, Ante Christum 30.*

Bello Actiaco Præf. Classi. Cæsaris Leucadæ, Patras, & Corynthum capit, & a Cæsare, ob Naualem Victoriam Caruleo Vexillo donatur.

Æ. M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ,
EX S. C. Neptunus sinistra Delphinum, dextra Tridentem.
Ad indicandam Naualem de Siculis, & Sexto Pompeio Victoriam, ob quam Agrippa Rostrata Corona donatus est, pertinet hic Nummus, vnde Neptuni signum expressum, ex Dion. lib. 49. Plinius verò lib. 16. cap. 4. sic scribit: Cedunt, & Rostratæ, quamuis in duobus maximè ad hoc aui celeres M. Varrone è Piraticis bellis dante Pompeio M. Itemq; M. Agrippa tribuente Cæsare à Siculis, quæ & ipsa Piratica fuere.
Ar. M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ Corona Rostrata.
* EX S. C. Neptunus nudus, dextra Tridentem, sinistra Delphinum, proram Nauis dextro pede proculcans. *Parut. Sicil. Antiq. inter Græc. & Rom. n. 55.*

M. AGRIPPA COS. II. DES. III. IMP. III,

COSS. C. Iulius Cæs. Octauianus VI. M. Agrippa II. — *A. V. C. 726, Ante Christum 27.*

Æ. M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. Siciliæ Triquetræ Typus,
DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Iul. & Aug. aduersa.
Ar. M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TERT. Caput Agrippæ Corona rostrata, sub quo Triquetræ figura.
* . . . . . Caput Aug. *Oysel. tab. 27. n. 12.*

M. AGRIPPA COS. III. IMP. III,

COSS. Augustus VII. Agrippa III. — *A. V. C. 727, Ante Christum 26.*

Aur. M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Rostrata.
S. C. (Pantheon.
(Neptunus dextra Delphinum, sinistra Tridentem.
Pantheon Templum, ideo fortassis dictum, quod in simulacris Martis, & Veneris, multas Deum Imagines acciperet, vel (vt Dioni placet) quod formæ conuexa, diuinitati Cæli similitudinem ostenderet. Ab Agrippa hoc anno extrus. captum, dicatum vero Augusto IX. & M. Iulio Sillano Coss. A. V. C. 729.
Ar. M. AGRIPPA PLATORINVS III. VIR. Agrippæ effigies.
CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. Imberbe.
Æ. M. AGRIPPA L. T. COS. III. Caput Agrippæ, *in alys* laur.
S. C. Neptunus dextra Delphinum, sinistra Tridentem.
* IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. Neptunus stans, dextra Delphinum. *Pat. Fam. Vipſan. num. 5.*
* IMP. T. AVG. REST. S. C. Eodem Typo, *Vaillant. tom. 1. f. 9.*
* IMP. D. AVG. REST. S. C. Eodem Typo, *Patin. Fam. Vipſan. num. 6.*
* S. C. Statua Virilis, *Num. Falsch.*
* M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Corona Rostrata.
S. C. Templum octo Columnarum, in cuius medio figura sedens, *Strada f. 16.*
. . . . . .
* CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*

M. AGRIPPA COS. III, IMP. III,

COSS. Augustus XI. A. Terentius Varo Murena. — *A. V. C. 731. Ante Christum 22.*

In Orientem mittitur administraturus pro Cæsare transmarinas Prouincias.

Aur. M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ Corona Rostrata.
AVGVSTVS COS. XI. Caput Aug. laureatum.
Ar. M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ Corona Rostrata.
AVGVSTVS COS. XI. Caput Aug.
* M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ Corona Rostrata, circum IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Duplicato Circulo.
* AVGVSTVS COS. XI. Caput Aug. laur. *Vaillant. tom. 2. f. 25.*

M.

M. AGRIPPA COS. TER. IMP. III.

COSS. Q. Æmil. Lepid. M. Lollius.

A.V.C.733. Ante Christum 20. *Augusti filiam Iuliam Vxorem ducit, & Vrbi præficitur.*

M. AGRIPPA IMP. IV. COS. III.

COSS. M. Apuleius. Silvius Nerua.

A.V.C.734. Ante Christum 19. *Gallos tumultuantes cædit. Germanos reprimit, Cantabros penè delet, hinc Triumphus ei decretus, & Imp. IV. dictus.*

Aur. M. AGRIPPA L. F. COSS. III. IMP. IV. Caput Agrippæ.
IMP. CÆSAR AVGVSTVS. Caput Augusti,

M. AGRIPPA IMP. IV. COSS. III, TR. P. AB AVGVSTO IN QVINQVENNIVM ACCIPIT.

COSS. Cor. Lentulus Marcel. C. Cor. Lentulus.

A.V.C.736. Ante Christum 17. *Ar.* M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. Caput Agrippæ.

Hoc anno Agrippa TR. P. ab Imp. Augusto in quinquennium accepit. Tacitus *lib. 3. Tribunicias Potestatem summis Fastigiis vocabulum Augustus reperit, ne Regis, aut Dictatoris nomen assumeret, tamen appellatione aliqua cætera Imperia præmineret. Deindè Agrippam Socium sui Potestatis fecit, quo defuncto Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret, sic cohiberi pravas aliorum spes rebatur.*

CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. laur.

M. Agrippa in Orientem iterum mittitur, & ab Herode in Regnum suum inuitatur A.V.C. 738. Bosphoranos, mortuo Rege Assandro tumultuantes vincit, Regnumque tradit Polemoni Regi, ex quo Triumphus ei decretus, quem recusauit A.V.C. 740. TR. P. iterum in Quinquennium accipit, & in Pannoniam mittitur. A.V.C. 741. ipso Quinquatruum die festo, post scilicet V. Id. Martias mortuus est.

NVMMI AGRIPPÆ IN COLONIIS CVSI.

Cæsar-Augusta.

Colonia Cæsar Augusta, qua nunc Zatagoça *Aragoniæ Caput ad Iberum fluuium sita,* Immunis *à Plinio vocata, ædificata vbi alias erat opidum* Salduba.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Rostrata.
SCIPIONE, ET MONTANO II. VIR. C. C. A. Colonus ageus Iugum Bouum.

Corinthus,

Caput Agrippæ excisis literis.
✻ . . . M. AGRIPPA II. VIR. COR. Pegasus Alatus. *I. C, Bidelli.*

Nemausus.

Nemausus Colonia in Gallia Braccata apud Aremoricos, quam hodie Nismes *vocant, sic dicta vel à Nemauso Deo, vel ab Heraclide Nemauso, vt* Stephano *placet.*

COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum duobus Corollis.
IMP. DIVI F. P. P. Capita aduersa Agrippæ, & Cæsaris.
✻ COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum vnica Corolla.
✻ IMP. DIVI F. Duo Capita aduersa Cæsaris, & Agrippæ. *Num. Fasch.*
Incerta.
✻ M. A. . . . . Caput vt videtur M. Agrippæ.
✻ TI. TVS. . . . . II. VIR. Coloniæ deductæ Typus. *M. R. P. Castanei.*
✻ Caput M. Agrippæ sine Corona nauali.
✻ HENNIO PRÆT. Trophæum cum clypeis. *Spanhemius f. 642.*

VXORES M. AGRIPPÆ.

POMPONIA.

T. Pomponij Attici Filia, quæ genuit Agrippinam, Vxorem Tib. Claudij Neronis.

MARCELLA.

Octauiæ maioris Augusti ex Ancharia sororis, & Caij Marcelli filia, decessit sine liberis.

IVLIA.

Iulia Augusti ex Scribonia filia pulcra, & comis, primùm Marcello sororis Aug. filio Sponsa, vt ille obijt M. Vipsanio Agrippæ ab Aug. data, ex eo tres filios Caium, Lucium, & M. Agrippam posthumum, duasq; filias Iuliam, & Agrippinam genuit, Agrippaque mortuo, Ti. Claudio Priuigno Aug. collocauit, omni dedecorum genere contaminata fuit, nihil enim quod facere, aut pati turpitor posset fœmina infectum reliquit, magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentiam metiens, vndè absente marito Ti., illam Aug. Pater in Insulam Pandatariam relegauit, vbi à Scribonia Matre comitata est, A. V. C. 748. Post quinquennium in Continentem translata, ibidem inhumanitate Tiberij, rerum omnium inopia, & fame contabuit extincta eodem anno, quò Pater Augustus Fato cessit. *Dio. Tacitus. Suetonius.*

ΘΕΑΝ. ΑΦΡΟΔΙΤΗC. Caput Iuliæ.
. . . . BIAN HPAN. Caput Liuiæ, *Spanhemius f. 607.*

CA-

II

CAIVS.

Caius Iuliæ Aug. F., & M. Agrippæ filius Romæ nascitur A. V. C. 734. Ab Augusto Auo adoptatur, & Cæsar dicitur A. V. C. 737. Princeps Iuuentutis, & Cos. Design. post quinquennium A. V. C. 748. Pro Consulari Imperio ad bellum Arabibus, Armenijs, & Parthis inferendum mittitur A. V. C. 753. In Syria Cos. procedit A. V. C. 754., vbi cum Rege Parthorum in Euphratis Insula, vtroque spectante Exercitu coit. Parthus prior apud Caium in Romana Ripa, Caius posterior apud Regem in Ripa aduersa epulatus est. Armeniam, quæ ad Paethos defecerat facillimè ad officium retraxit, Regemque ei præfecit Ariobarzanem. Artageram rebellem obsidionis ab Addone sub specie colloquij vulneratus in Syriam redit A. V. C. 756., indè Italiam petens, Lymiræ in Lycia moritur A. V. C. 757. Vxorem habuit Liuiam Drusi filiam Germanici sororem. Eius acta in præclaro, nec vnquam sat commendato opere *Cænotaphiorum Pisanorum* latè, laboriosèque prosequutus est *Reuerendiss. P. Henricus Noris Augustinianus* Sæculi Regnantis COSIMI III. Magni Ducis Hetruriæ à Theologicis, & Publ. in Pisano Lyceo Sacræ Scripturæ Interpres, cui me plurimùm debere libens merito fateor.

CAIVS AGRIPPÆ, ET IVL. F. AB AVG. ADOPTATVR, ET C. IVL. AVG. F. CÆSAR DICITVR.

COSS. C. Furnius. C. Iunius Silanus. *A.V.C.737. Ante Christum 16.*

Æ. C. CÆSAR. Caput nudum.
✻ IVL. TRA. Racemus Vuæ. *Reuerendissimus Noris Cœnotaph. Pisan. f. 86. vbi* Iuliæ Traductæ *Hispania maritima Colonia originem, & situm eruditissimè, & latè prosequitur.*
C. CÆS. Caput Caij.
✻ IVL. TRA. Racemus, vt suprà. *Ex Thes. Mediceo Reuerendissimus Noris.*
C. L. CÆS. IVL. TRAD. Capita Caij, & Lucij oppositis cerucibus.
✻ PERM. CÆS. AVG. Caput Augusti. *Rer. P. Cattanei.*
C. CÆSAR AVGVSTI F. Caput Caij.
✻ . . . . IVL. TRA. Racemus Vuæ. *Patin. Suetan. f. 115.*
C. L. CÆS. AVG. F. C. V. T. Capita Caij, & Lucij se respicientia. *Colonia Victrix Tarraco, Hispanica Colonia.*
✻ AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. *Patin. ibidem.*
C. L. . . . . Capita Caij, & Lucij aduersa.
✻ CÆSAR AVGVSTVS. C. V. T. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*
C. L. In medio duorum Capitum Caij, & Lucij se respicientium, *circa quæ* C. SERVILIO PRIMO . . . . . CHO II. VIR.
✻ AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. *Patin. Suet. f. 115.*
C. L. In medio Capitum Caij, & Lucij se respicientium, *circa quæ* C. SERVILIO PRIMO. ANTONIO . . . . CHO II. VIR.
✻ CÆSAR DIVI F. *Ex Indice Polatio.*
C. L. . . . . II. VIR M. Capita Caij, & Lucij se respicientia.
✻ . . . . . *Reuerendissimus Noris Cænotaph. Pisan. fol.* 104.

CAIVS CÆS. PRIN. IVVENT. COS. DES. *Post Quinquennium.*

COSS. D. Lælius Balbus. C. Antistius Vetus. *A.V.C.748. Ante Christum 5.*

CAIVS CÆS. PRIN. IVVENT. PONT. COS. DES.

COSS. Augustus XIII. M. Plautius Siluanus. *A.V.C.752. Ante Christum 1.*

Hoc anno L. Cæsar in Forum ab Aug. producitur Prim. Iuuent. & Cos. designatur post Quinquennium.

Au. C. L. CÆSARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRIN. IVVENT. Duæ figuræ rogatæ Clypeis assistentes cum Hastis puris, Capeduncula, & Lituo.
CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.
C. L. CÆSARES AVGVSTI F. COS. DES. PRIN. IVVENT. Caij, & Lucij Capita aduersa.
CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Caput Aug. laur.
C. CAESAR AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRIN. IVVENT. Clypeus cum duabus Hastis per transuersum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificij.
L. CAESAR AVGVSTI F. COS. DES. PRIN. IVVENT. Tripus, cum Stella, Lituo, Patera.
Ar. C. L. CÆSARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Duæ figuræ Togatæ Clypeis assistentes, cum Hastis puris, Lituo, & Capeduncula.
CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.

C. CÆSAR AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. IVVENT. Clypeus, cum duabus Haſtis, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificij.
L. CÆSAR AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Tripus, cum Stella, hinc Lituus, inde Patera.

Æ. CAIO, ET LVCIO CÆS. PRINCIPI IVVENT. Capita Caij, & Lucij ſe reſpicientia.
✻ CÆSAR AVGVSTVS. Caput Auguſt. *Strada f. 18.*
C. L. CÆSARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Capita Caij, & Lucij aduerſa.
✻ CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. laureatum. *Vaillant. tom. 3. f. 7.*

CAIVS CÆS. PONT. COS. PRINC. IVVENT.

A.V.C.754. Chriſti 1.

COSS. C. Iulius Aug. F. Cæſar. L. Aemillus Paullus.

Bellum gerens cum Parthis, in Syria Conſulatum init Caius Cæs. Aug. F.

Ar. C. CÆSAR AVGVTI F. Figura equeſtris decurrens, dextra Sartum, ſiniſtra Haſtam, à tergo duæ ſigna militaria, in quorum medio Aquila legionaria.
✻ AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. laur. *M. N.*

Æ. C. CÆSAR. PONT. COS. Caput Caij ſine laurea.
✻ AVGVST. PONT. MAX. Caput Aug. laureatum. *Vaillant. tom. 1. f. 6.*
✻ AVGVSTVS PONT. MAX. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*
✻ . . . . . Caius, & Lucius paluditi ſtantes inter Ancilia.
✻ COL. B. A. Taurus Cornupeta. *Theſ. Thoupol.*
C. CÆSAR AVG. . . . *Fortè* F. COS. S. C. Caput Caij.
✻ . . . . . Caput Aug. laur. *Muſæi Coſpiani.*

LVCIVS CÆSAR.

M. Agrippa, & Iulia Aug. F. genitus Lucius A. V. C. 737. quo ab Aug. Auo cum fratre Caio eſt adoptatus, dictuſque L. IVL. AVG. F. CÆSAR. A. V. C. 752. COS. DESIG. Poſt quinquennium, & Princeps Iuuentutis ab Auo in Forum producitur, A. V. C. 755. ad Hiſpanicos Exercitus tranſiens Maſſiliæ moritur. Eius integram Hiſtoriam cum fructu, & voluptate leges in præclaro opere *Cænotaph. Piſan. Reuerendiſ. Noris.*

L. IVLIVS AVG. F. CÆSAR AB AVO ADOPTATVS.

A.V.C.737. Ante Chriſtum 16.

COSS. C. Furnius. C. Iunius Sillanus.

Æ. L. CÆS. Caput L. Cæſaris nudum.
✻ IVL. TRAD. Spica. *Cænotaph. Piſan. fol. 92. ex P. Cattaneo.*
L. CÆS. F. Caput Lucij.
✻ IVL. TRA. Racemus Vuæ, vt in ſuperiori Caij. *ex Theſ. Medicео Reuerendiſſimus Noris,* . . . . Caput abſque Inſcriptione L. creditum.
✻ C. ÆLIA. Spica. *P. Cattanei.*

LVCIVS CÆS. COS. DES. PRINC. IVVENT.

A.V.C.752. Ante Chriſtum 1.

COSS. Auguſtus XIII. M. Plautius Siluanus.

An. & Ar. L. CÆSAR. AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Tripus, cum Stella, Lituo, & Patera, C. CÆSAR. AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. IVVENT. Clypeus cum duabus Haſtis per tranſuerſum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificij.

Æ. L. CÆSAR PRINC. IVVENT. Caput L. Cæſ. ſine Corona.
✻ AVGVSTVS TRIB. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur. *Vaillant. tom. 1. f. 7.*
L. AVG. F. PRINC. IVVENT. Caput L. Cæs.
✻ AVGVST. TRIBVNIC. POT. Caput Aug. *Cænotaph. Piſan. f. 164.*

13

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS,

Nero Claudius filius, Tiberij Claudij Neronis Quæstoris C. Iulij Cæs. Dict., & Liuiæ Drusillæ Augustæ Imp. Augusti Coniugis, quàm marito Augustus abduxerat, frater Tiberij Claudij Neronis Imp., non minùs gloriosi, quàm ciuilis animi, intrà Penates Cæsaris Augusti natus mense tertio, posteàquam inter Augustum, & Liuiam matrem celebratæ sunt Nuptiæ. Adolescens multis, magnisque virtutibus enituit. Ingenium illius, vt scribit *Paterculus*, vtrùm bellicis magis operibus, an ciuilibus sufficeret artibus in incerto est. Morum certè dulcedo, ac suauitas, ac aduersus amicos æqua, ac par fui existimatio inimitabilis ei fuisse traditur, tùm pulchritudo corporis proxima fraternæ. Accepta Quæstura cum fratre Tiberio contrà Rhætos missus est; quo in bello, qua fortitudine res gesserit, satis indicat *Horatius l. 4. Carm.*, nunc *Aquila* illum, nunc *Leoni* comparans. *Videre Rheti bella sub Alpibus Drusum gerentem, & Vindelici diu, latèque victrices Caterua, consilijs iuuenis reuictæ.* Post bellum Vindelicum profectus in Gallias Censum egit, tumultuantes ob eam rem pleraque Ciuitates compescuit *Liuia teste*. Germanos qui Rhenum transierant cecidit, quin, & ipse traiecto flumine ad Batauorum Insulam Sicambros in suis sedibus affixit. In Amasia, vt Auctor est *Strabo lib. 7.* Bructeros nauali prælio superauit. Oceanum septentrionalem primus Romanorum Ducum ingressus Frisios in deditionem accepit, Corijs aliquot Bouum, Tributi nomine impositis, vt memorat *Tacitus lib. 4.* in Terram tamen Chaucorum delatus, non leue periculum adijt, Nauibus refluente mari in sicco distitutis, sed ope Pedestris Exercitus Frisiorum seruatus euasit, *Auctor Dion.* In Vrbem reuersus Prætor Vrbanus fit (*Paullo Fab. Maximo, Q. Ælio Tuberone Cos.*)

Primo Vere repetita Germania, Visperes, Tenchteros, Sicambros, Cattos, aliasq; trans Rhenum gentes subegit. Volenti transire Visurgim, cum penuria commeatus, cùm instans hyems obsisteret, etiam examen Apum in Caltris conspectum Militum animos, quò minus Ducem suum sequerentur, auertit. In reditu ad Confluentem Lupiæ, & Halizonis Castellum erexit, ac item aliud in Cattis iuxtà Rhenum, trans Rhenum verò fossas nouas, & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc *Druſinæ* vocantur, *Suetonio in Claudio teste*. Ob eas res decretis Triumphalibus ornamentis Quæstor Vrbem ingressus est. Datum etiam, vt denuò iturus in hostem ProConsularem Potestatem obtineret, Nam Imperatoris nomen iam exercitus tribuerat, quemadmodum, & Fratri, sed appellationis eius numerum Augustus aliquoties auxit.

Prætura gesta designatus est Consul; Vt Magistratum iniit A.V.C. 745. cum *T. Quinctio Crispino* multa tristia signa conspecta sunt; quibus ille contemptis in Germaniam rediit, gentes Trans Rhenanas, Cattos, Cheruscos, Sueuos, & Marcomannos perculit, ad Albim vsquè omnia longèque populatus. Cupienti Flumen trajicere, mulier occurrens, ampliori humana specie, *quò*, inquit, *ita festinas insatiabilis Druſe? non omnia tibi adire, & videre concessum est: sed cede retro, nam & operum tibi, & vitæ finis adest*. Ille exhortens positis Trophæis, confestim, & properanter discedere cæpit, & cum contrà Germanos feliciſſimè pugnaret, dum Victoriæ insignis opima Germanorum spolia Vrbi inferre cuperet, in itinere, priusquam Romam rediret, latere concussò, cum Equus super eum cecidisset, vt ait *Luius*, extinctus est. Anno ætatis 30. V. C. 745. quamuis morbo concidisse asserat *Sueton.*, alij veneno arbitrantur. Ei Senatus inter alia complura matrimoreum arcum cum Trophæis Via Appia decreuit, & GERMANICI cognomen ipsi, Posterisq; eius, vt Auctor est *Suetonius*, Putant quidam circi Mogunti am obijsse, propter honorarium Tumulum ibidem à Militibus congestum (circà quem deinceps statuto die quotannis Milites decurrerent, Galliarumque Ciuitates publicè sacrificarent) cum Druſi Monumentum fuisse literatiores testantur. Promiscuum vulgus, hodiè etiamnum Cladis lapidem à figura, quam nunc quoque refert, appellat, olim Pyramidalem obtinuisse complures opinatos scribit *Ioan. Hutticchius* in Collectaneis antiquitatum Vrbis, & Agri Mogintini, & *P. Appianus* in Antiquitatibus suis. Corpus eius à Tiberio fratre (qui nuncio valetudinis cuocatus rastim occurrerat) Romam relatum, eingentibus lectum Claudiorum, & fuliorum Imaginibus in Campo Martio crematum est, cineres Augusti tumulo illati. Extat elegans Elegeia Pedonis Albinouati de morte Druſi ad Liuiam. Inter Salam, & Rhenum occubuisse testantur *Velleius*, & *Strabo l. 7.*, alij apud *Ardua Bisiæ*,

Mœnia quę Druſo fata tulere Duci
Ille lapſus Equo, cum crus fregiſſet, in armis
Filius occubuit, Liuia Pulcra, tuus.

NERO CLAVDIVS DRVSVS IMP. COS. TI. CL. NERONIS, ET LIVLÆ FILIVS,

COSS, Nero Claudius Druſus. T. Quinctius Criſpinus. *A.V.C. 745. Ante Christum 8.*

Piures Germanos vicit, & mortuus, inter alios funeris honoret GERMANICVS dictus est;

Au. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP,
RHENVS. Typus Rheni Fluuij expressus,
* DE GERM. Arcus Triumphalis, supra quem Figura Equestris, in medio duorum Trophæorum.
Patin. Thes.

Ar. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP,
RHENVS. Typus Rheni Fluuij.
DE GERMANIS. Labarum cum Clypeis, seù spolijs Germanicis,
DE GERM. Arcus Triumphalis, cum duobus Trophæis, & figura Equestri decurrente.
* DE GERMANIS. Arcus Triumphalis, supra quem figura dextra elata Pacificatoris habitu inter duo Trophæa. *Num. Arscot. T. 17. n. 19.*

Tro-

Trophaea erigebantur hoſte fugato (quemadmodum illo vitto Triumphus agebatur) quae quidem, vel in tumulo, vel colle, & locis eminentioribus ſtruebantur, vndè, & in Vrbibus in Arcubus ob id ipſum edificatis collocabantur, & in his haſtis, arma, ſpolia, tela perfracta apponebãtur.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS. COS. IMP.

Æ. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Caput Druſi.
TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. POT. IMP. S. C. Figura ſedens, dextra ramum Lauri, ſiniſtra Sceptrum, ad pedes plura armorum genera.

✱ RHENVS. Fluuius decumbens propè Montem, dextra Arundinem, ſiniſtra Vrnam, ex qua Aquas effundit. *Triſtan. f.* 145.

✱ S. C. Spei Typus. *Pat. Suet. f.* 180.

✱ IMP. CÆS. TI. DIVI VESP. F. AVG. P. TR. P. P. P. COS. VII. REST. S.C. In medio Nũmo. *ib.*

✱ T. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII. REST. S. C. Arcus cum ſpolijs Germanicis, figura Equeſtri, & duobus Trophæis, in Periſtylio DE GERM. *Pat. ibid.*

✱ CÆSAR AVG. F. DOMITIAN. COS. V. REST. S. C. DE GERM. In Periſtylio Arcus, vt ſuperius. *ibidem.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERM. IMP. S. C. Arcus Triumphalis, cum figura Equeſtri, hinc indè Trophæum.
TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudij.

✱ IMP. T. CÆS. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITVT. S. C. *Spanhem. f.* 644.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Caput Druſi Neronis.

✱ TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura inſidens ſpolijs, vt in alijs. *Ind. Cauatoria.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. S. C. Arcus, in cuius ſummitate ſpolia Germanorum, in medio Druſus Eques, in cornubus ſingulis, ſingula Trophæa.

✱ TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. Caput Claudij ſinè Corona. *ibidem.*

Druſi Germ. Nummi, quibus Ti. Cl. Imp. nomen, aut effigies ineſt, à Ti. Claudio filio in honorem Patris Neronis Cl. Druſi Germanici cuſa ſunt. poſt adeptum ab eodem Ti. Claudio Imperium, ad renouandam Aliorum, & Victoriarum paternarum memoriam.

Nummi verò reſtituti à Ti. & Dom. eorundem in Neronem Druſum amorem, & obſequium teſtantur.



14

ANTONIA DRVSI GERM.

Antonia M. Antonij III. Viri, & Octauiæ Maioris ſororis Auguſti filia, vxor Druſi, fœmina honeſtiſſima, & continentiſſima, ob temperantiam, caſtitatem, fidem, amorem in virum, charitatem in nepotes, humanitatem in amicos, maximam laudem meruit, abſtemia fuit, nunquam ſpuit. Mortuo marito nulli amplius nubere voluit, ſed cum Socru Liuia domitæ conſuetudine, eodemque lecto fruens vidua conſenuit, ſuper quo Druſi & Iuuenis interierat; tandem veneno à Caio Nepote necatam aſſerunt; alij mœrore confectam ſcribunt, cuni ſe deſertam ab illo, contemptamque videret,

Aur. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniæ.
SACERDOS DIVI AVGVSTI. (Figura muliebris, dextra Haſtam, ſiniſtra Cornucopiæ.
(Duæ Faces, cum Corollis, quæ Aug. Diuinitatem ſignant.

Videntur hi Nummi à Caio in honorem Auiæ percuſſi, nam in Aniam Antoniam multa pietate vſus eſt, hanc Auguſtam ſtatim, & Sacerdotem Diui Aug. fecit, omneſque Veſtalium honores eidem tribuit, quod teſtantur Faces æternæ Ignis à Veſtalibus ſeruatæ, & in Nummo cuſæ, ni fortè eas referre velis ad morem Romanarum Matronarum, quæ ſacrificaturæ, faculas circa Aram ferre ſolebant, vt teſtatur Seruius ad illud 4. Æneid. Virgil. Interditque locum ſertis, *quod ſpectat ad ſerta, quibus faces ha ornantur.*

✱ CONSTANTIAE AVGVSTI. Figura muliebris, dextra Facem oblongam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Pat. Suet. f.* 148.

✱ CONSTANTIAE AVGVS. Figura muliebris Sellæ inſidens, dextram eleuans. *Vaillant. t.* 2. *f.* 28.

Conſtantia verò ſymbolo cuſa Aur., & Arg., vt & Ærea cum Ti. Cl. imp. nomine, ab eodem in Matris honorem ſignata exſtitere, cum & peculiare Ti. Cl. ſymbolum ſit illud Conſtantiæ, & nomen eiuſdem in Æreis ſculptum, teſtis hic omni exceptione maior.

Ar. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniæ.
✱ SACERDOS DIVI AVGVSTI. (Duæ Faces erectæ, cum Corollis.
✱ (Lectiſternium. *P. Cattanei.*

✱ CONSTANTIAE AVGVSTI. Figura muliebris dextra Facem oblongam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Pat. Suet. f.* 148.

✱ CONSTANTIAE AVGVST. Figura muliebris Sellę inſidens, dextram eleuans. *Vaillant. tom.* 2. *f.* 28.

Æ. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniæ.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP, P. P. S. C. Figura velata ſtans, dextra Simpulum.

✱ TI. CLAV. CAE. AVG, P, M. TR. P. In Laurea, *Vaillant. tom. 1. f.* 13.

TI-

15



TIBERIVS.

Tiberio genus vtrumque ex Claudiorum Gente Patritia fuit. Is Romæ nascitur M. Æmilio II. & L. Munacio Planco Coss. Patre Tiberio Claudio Nerone, Matre Liuia Drusilla Augusta anno Orbis 3923. V.C. 711. ante Christum 42. Patricio, vt dictum genere natus, liberaliterque educatus, ingenij tamen peculiaris, & subdoli fuit, mores priuati quales fuerint significanter ostendit descriptio Theodori Præceptoris, cum nominauit eum *lutum sanguine maceratum*. Fuit enim ei natura insuauis, ironica, & fœuitiem aliquantisper occultans, impura tamen, fœua, & Lupina; Quamdiù verò sub Augusto in Imperijs egit, egregij nominis, famæque fuit. Præter Quæsturam, quam anno ætatis XXI. capessens obiuit, Coss. duos gessit, accepta etiam Tribunicia Potestate, in Quinquennium; Interea Regnum Armeniæ Tigrani restituit: Signa quæ Crasso ademerant Parthi, recepit. Bella maxima tria gessit, Rhæticum, Pannonicum, & Germanicum; De quibus, & Ouationem, & Triumphum tetulit: Primus quoque Triumphalibus ornamentis honoratus. Imperium ætatis anno LVI. senex, & cæcutiens ingressus est. Vxorem duxit Iuliam Augusti filiam. Drusum fratrem amisit in Germania; Ipsum post C. ac L. mortem Augustus adoptauit. Inter Principatus initia moderate se gessit, spreuit adulationes, titulum Augusti, ac Patris Patriæ nomen recusauit, & Præsidibus onerandas Tributo Prouincias suadentibus rescripsit: *Boni Pastoris est tondere pecus, non abradere*. Aduersus quorundam famosos libellos, & conuitia vltionem exposcentibus amicis, *In libera Ciuitate liberas esse linguas debere* respondit. Sæpè etiam illud vsurpauit, *oderint, dum probent*. Idem precari solitus est tantum sibi vitæ, & Imperij tempus, quantum Reipublicæ conduceret; postea crudelior factus, violati Numinis postulari iussit, qui contrà ipsum, aut Matrem, quicquam egissent, locutiue essent incommoditis.

Ob libidines, quibus promiscuè in Nobilissimos vtriusque sexus effusus erat malè audiebat. Moritur Misenj in Villa Luculliana LXXVIII. anno nundum expleto, V.C. 789. XVII. Kal. Aprilis. Imperauit annis XXII., & mensibus fere VII. Publico funere elatus est, habita Oratione in laudem ipsius à Caio, à quo tamen immisso repente è Tribuno Militum fuerat occisus.

Vicies septies millies sestertium coegisse Tiberius dicitur, idest sexaginta sex milliones, & quinquaginta millia aureorum Coronatorum, quæ omnia Caius non toto triennio absumpsit.

Refert *Diodorus Siculus* Tiberij tempore 7000. hominum in Ægypto fuisse interfecta, qui erant pro Præsidio in quadam Ciuitate, eo quod vnus ex Militibus Romanis interfecisset Felem Deum Ægyptium, vnde tota Ciuitas seditionem mouit, & tot hominum millia fudit. Non temerè mutandos esse publicorum munerum administratores voluit Tiberius. Vide *Nicephorum fol. 66.*

Anno Tiberij 16. V. C. 783. IESVS CHRISTVS Filius DEI, & hominis incipiens esse annorum quasi XXX. hoc est anno 29. & 13. die ætatis suæ in Iordane à Sancto Ioanne Baptista Baptizatur, Discipulos primum congregare, post prædicare cæpit ad sa lutem omnium Credentium. Quadriennio post V. C. 787. Christi 34. Tiberij 19., & mensibus tribus exactis, ante diem VIII. Kal. April. pro humana salute Cruci affixus est, & tertia die post viuus apparuit, Olympiadis 202. anno quarto, aut Olymp. 203. anno secundo, vt alij.

TI. CLAVDIVS T. F. NERO COS. II. IMP. II.

COSS. Ti. Claudius Nero II. Cn. Calp. Piso.

A.V.C. 747. Antè Christum 6.

Triumphat de Germanis.

Aur. TI. CLAVD. T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER.
IMP. CÆSAR AVGVSTVS. Bigæ Triumphales.

Æ. Caput Tiberij absque Inscriptione.
✱ TIBERIN. . . . . F. Lupa Romulum, & Remum lactens. *Trist. an. tom. 1. f. 161.*
Tiberius TR. P. in Quinquennium accepta, ad res Orientis componendas missus, Rhodi substitit, vixitque inglorius, ac veluti priuatus, ab A. V. C. 748. quo discessit, ad annum V. C. 752. quo Romam reuersus est, vt ex Velleo *discimus.*

TIBERIVS CLAVDIVS NERO AB AVGVSTO ADOPTATVS TR. P. IN DECENNIVM ITERVM ACCIPIT A.D. V. KAL. IVLII COS. II. IMP. III.

COSS. Sex. Æl. Catus. C. Sentius Saturninus.

A.V.C. 757. Christi 4.

Aur. TI. CÆSAR AVGVSTI F. COS. II. TR. P. VI.
AVGVR. PONT. IMP. III. Lituus, Guttus, Capeduncula.

Ar. . . . . . .
✱ TI. CÆSAR. Quadriga Triumphalis, in qua Imp. dextra habenas, sinistra Scutcam. *P. Minj.*
TI. CÆSAR AVG. F. TR. P. Quadriga, in qua Imperator.
CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. *Thes. Theupol.*

Æ. Caput Tiberij Imberbe.
✱ TIBERIVS CÆSAR. Elephas. *M. N.*
TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR.
✱ Templum decem Columnarum, in cuius medio Figura ſedet, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam, in Vertice Templi plures Figuræ. *Strada f.* 23.
TI. CÆSAR AVGVSTI F. AVGVST. Caput Tiberij.
✱ . . . . . MERVLA L. VAL. FLAC. ÆD. Caput Tauri. *Pat. Fam. Cornel. num.* 46.
. . . . . .
✱ PERMISSV CÆSARIS TIBERII. Aquilla cum ſignis legionum. *Spanhem. f.* 555.
TI. CÆSAR. AVGVSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberij.
✱ S. P. Q. R. In Periſtylio Templi pluribus Columnis, & Statuis ornati, in cuius medio Idolum ſedens, dextra elata, ſiniſtra Haſtam. *Patin. Theſaur.*

TIBERIVS TR. P. VI. VII. COS. II. IMP. III.

A.V.C.758. Chriſti 5. *COSS. L. Valerius Meſſalla Voluſ. C. Cor. Cinna Magnus.*
Plures vincit populos in Germania.

Aur. TI. CÆSAR AVG. F. PON. COS. II. TR. POT. VII. IMP. III. Caput Tiberij.
GERMANICVS CÆSAR TI. F. AVG. N. COS. DES. Caput Germanici.

TI. CÆSAR TR. P. VII. VIII. COS. II. IMP. IIII.

A.V.C.759. Chriſti 6. *COSS. M. Æmil. Lepidus. L. Aruntius Nepos.*
Batonem, & Merobaudem vincit, cum reliqua Germania, ideò Imp. IV.

Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR IIII.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE VIII. S. C.

TIBERIVS IMP. IV. COS. II. TR. P. VIII. IX.

A.V.C.760. Chriſti 7. *COSS. Licinius Nerua. Licinius Metellus.*

Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR IIII.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE IX. S. C.

TIBERIVS IMP. V. COS. II. TR. P. IX. X.

A.V.C.761. Chriſti 8. *COSS. M. Furius Camillus. Sex. Nonnius Quinctilianus.*
Dalmatas ferro, & igne domat Tiberius.

Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE X. S. P. Q. R. Templum.
✱ CERES. Figura mulieбris ſedens, dextra Spicas. *Vaillant. tom.* 1. *f.* 8.
TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V.
✱ ROM. ET AVG. Templum cum duabus Victoriolis inſtantibus Columnis angularibus cum Palmis, & Corollis in eius proſpectu. *Muſei Coſpiani.*

TIBERIVS IMP. V. COS. II. TR. P. X. XI.

A.V.C.762. Chriſti 9. *COSS. Poppæus Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.*
Cladis Varrianæ in Germania.

Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR V.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE XI. ROM. ET AVG. Duæ Victoriæ, dextra Scutum, ſiniſtra Palmam tenentes, ſuprà ſtantes Columnis Ædificii cuiuſdam.

TIBERIVS IMPERATOR V. COS. II. TR. P. XI. XII.

A.V.C.763. Chriſti 10. *COSS. P. Cornelius Dolabella. C. Iulius Æſillanus.*
Ti. in Germaniam mittitur, illam vaſtat, Arminium reprimit.

Æ. TI. CAESAR AVG. F. IMP. V.
PONTIFEX TRIBVN. POTEST. XII. S. C.
TI. CAESAR AVG. F. AVGVR. PON. TR. P. XII.
✱ COS. II. IMP. V. *Golza Theſaurus* 23.
TI. CAESAR AVGVST. F. IMPERAT. V. Caput Tiberij, *in alio* AVGVSTI. *Patin. Theſaur.*
✱ PONTIFEX TRIBVN. POTESTATE XII. S. C. *M. N.*
✱ ROM. ET AVG. Templum, vt in aliis.
Omnium Ti. Nummorum ex Ære Magno pulcherrimus Nummus R. P. Cattanei.
TI CAESAR AVGVST. F. IMPERAT.
✱ PONTIFEX TRIBVN. POTESTATE XII. S. C. *Muſei Coſpiani.*

TI.

TIBERIVS IMP. VI. VII. COS. II. TR. P. XII. XIII.

COSS. M. Æmilius Lepidus. T. Statilius Taurus.

A.V.C.764. Christi 11.

Templum Concordiæ Romæ à Tiberio dicatum.

Cum Germanico iterum Germaniam populatur, hinc Imp. VII. cùm iàm Imp. VI., ex anni antecedentis Actis, dici meruisset.

Æ. TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERAT. VII.
AVGVR. PONTIF. TRIB. POT. XIII. COS. II. S. C.
✻ ROM. ET AVG. Porticus, siuè Templum, cum duabus Victoriis desuper, ambabus Coronam proferentibus, *Ind. Canotorta.*

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XIII. XIV.

COSS. Ti. Claud. T. Aug. F. Aug. N. Germanicus. C. Fonteius Capito;

A.V.C.765. Christi 12.

Tiberius de Illyriis, Pannoneis, Dalmateis, & Germaneis triumphat.

Au. TI. CÆSAR AVG. TR. POT. XIIII.
IMP. CÆSAR AVGVSTVS.
Ar. TI. CÆSAR AVG. F. TR. P. XIIII.
IMP. CÆSAR AVGVSTVS.
TI. CÆSAR AVGVSTI F. TR. POT. XIIII.
PONTIFEX IMPERATOR VII. S. C. Caduceus.

✻ EX S. C. Quadrigæ Triumphales, in quibus Ti. dextra, Sceptrum Eburneum, sinistra ramum Lauri. *Num. Arscot. Tab. 17. n. 7.*
Ad Triumphum hoc anno à Ti. ductum spectat hic Nummus.

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XIV. XV.

COSS. C. Silius Nepos. L. Munacius Plancus.

A.V.C.766. Christi 13.

Au. TI. CÆSAR AVGVSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.
CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.
Ar. TI. CÆSAR AVGVSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.
CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.
TI. CAESAR AVGVSTI F. IMP. VII.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE XV.
Æ. TI. AVGVST. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij absque Laurea.
✻ DRVSVS CAESAR. TI. AVG. F. Caput Drusi absque Laurea. *Vaillant, Tom. 1. f. 9.*
TI. CAESAR AVG. F. AVG. IMPERATOR.
✻ S. C. Arcus, cum pluribus Columnis. *Num. Fœsch.*

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XV. XVI. P. P.

COSS. Sex. Pompeius. Sex. Apuleius.

A.V.C.767. Christi 14.

Germanicus dicitur Tiberius, & mortuo Augusto ad XIV. Kal. Septembris Augustus, & P. P., Rempublicamque solus tenet.

Aur. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMP. VII. Caput Tiberij.
AVGVR. PONTIF. TR. POT. XVI. Tripus, Lituus, & Securis.
TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG.
DIVOS AVGVST. DIVI F. Caput Aug.
In honorem Aug. Patris à Ti. Filio cusus post ejusdem Consecrationem.
TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
IMP. VII. TR. P. XVI. Quadrigæ Triumphales.
TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP.
CLEMENTIAE S. C. Clypeus, in quo Caput Clementiæ,
Vt initio Imperij S. P. Q. R. de se bene sperare suaderet Tiberius, Caput Clementiæ, & Moderationis Nummis insculpi iussit, quasi clementissimus futurus, & moderatissimus, quod tamen diu non præstitit.
✻ Pegasus alatus. *Vaillant. T. 2. fol. 25.*
Ar. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG.
ROMA. Lupa.
TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
✻ TR. POT. XVI. IMP. VII. Quadrigæ Triumphales. *Angelon. f. 39. n. 1, 2.*
Æ. TI. CAESAR AVG. GERMANICO IMP. P. M. TR. P. COS.
SALVS AVG. Caput Deæ Salutis.
TI. CAESAR AVGVSTI F. TRIB. POT. XVI.
PONTIF. COS. II. IMP. VII. S. C. Caduceus alatus.

✻ DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug. radiatum. *Vaillant. t. 1. f. 9.*
TI. CAESAR AVGVSTVS. Caput Ti., hinc Ramus, hinc Aquila.
✻ Caput fœmineum in Laurea, ante quod Cythara post VOAV. *Pat. Ind. f. 4.*
TI. CAESAR IMP. P. P.
✻ . . . . . II. VIR . . LA FAVSTVS P. P. D. D. Figura mulierbris fœdens, dextra Hastam.
Patin. Fam. Cornel. n. 28.

TI-

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XVI. XVII. PONT. MAX. A. D VI. IDVS MARTII.

COSS. Drusus Cæsar. C. Norbanus Flaccus.

A.V.C.768. Christi 15.

Au. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
* PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Hastam. *M. N.*
IMP. VII. TR. POT. XVII. Quadrigæ Triumphales, in quibus Imp. dextra Sceptrum Eburneum, sinistra Lauream.
TIB. DIVI F. AVGVSTVS.
* TR. POT. XVII. Victoria Globo insidens, ambabus manibus Zonam tenens. *Tristan. t. 1. f. 160.*

. . . . . .
* PIETAS AVG. Lituus, Capeduncula, Simpulum. *Num. Arscot. Tab. 17. n. 10.*
Ad Pont. Maximum Tiberij referendus Nummus.
* TR. P. XVII. Victoria Globo insidens, vtraque manu Palmam. *Vaillant. Tom. 2. f. 25.*

Ar. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
IMP. VII. TR. POT. XVII. Imp. in Quadrigis Triumphalibus.

Æ. * PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Ramum. *M. N.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VII.
CLEMENTIÆ S. C. Scutum cum Laurea, & Simulacro.
MODERATIONI S. C. Scutum, vt superiùs.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII. S.C. Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
ROM. ET AVG. Cum Ædificio, & Victoriis, vt superioribus annis.
TI. CÆSAR AVG. GERMANIC.
GERMANICVS CÆSAR DIVI . . . . . Caput Germanici.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij, cum Capeduncula, & Lituo.
* . . . . . APRONIVS . . . . Caput. *Patin. Fam. Apron. n. 3.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XVII. S. C. In Area Nummi.
* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Duo Capricorni, cum Temone, & Globo Lauream sustinentes, *in qua* OB CIVES SER. *Num. Arscot. Tab. 14. n. 23. 24.*
TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS.
IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITVIT S. C. In Area Nummi.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVG. IMP. VII. Caput Tiberij sinè Corona.
* PONTIF. MAXIM. TRIBVNIC. POTEST. XVII. Deæ Salutis imago sedens, *vel vt alij* Liuia Aug. Mater, sub Deæ Vestæ habitu. *Ind. Cauterora.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VII. Caput Tiberij.
* PONTIFEX MAX. TRIBVNI. POTEST. XVII. S. C. Vesta sedens, dextra Hastam, sinistra Pateram. *Musei Cesiani.*
* Caput muliebre velatum absque literis, in Corona. *Ex Ind. Polatio.*
TI. CÆS. DIVI AVG. F. AVGVST. IMPERAT. VII.
* CLEMENTIA S. C. Scutum Coronæ inductum, in quo Dea Clementia. *Ind. Cauterora.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP.
* PONTIFEX MAX. TRIBVN. POTEST. XVII. S. C. Vesta sedens, dextra Hastam, sinistra Pateram. *Musei Cesiani.*

TIBERIVS IMP. VIII. COSS. II. TR. P. XVII. XVIII.

A.V.C.769. Christi 16.

COSS. T. Statilius Taurus. L. Scribonius Libo.

Vitis à Germanico, cum Arminio Cheruscis, Imp. VIII. ab Exercitu salutatur Tiberius.

Ar. . . . . . .
* SIGNIS RECEP. DEVIC. GERM. Aquila legionaria, in medio duorum Signorum Militarium diuersorum. *Num. Arscot. tab. 17. num. 8.*

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
IMP. VII. TR. POT. XVIII. S. C. Quadrigæ Triumphales.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Caput Tiberij.
* CLEMENTIÆ S. C. Scutum ornatum, lauroque coronatum, in cuius medio Caput formineum. *Angelon. f. 39. num. 6.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. II. DES. III. TR. P. XVIII. XIX.

A.V.C. 770. Christi 17.

COSS. Calius Rufus. L. Pomponius Flaccus.

Archelaus Capadocia Rex moritur Romæ, hinc Capadocia Prouincia facta. In Asia Vrbes duodecim Terræmotu collapsæ.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. *In alio* IMP. VII.
PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. XVIII. COS. DES. TER. S. C.
PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. XIX. S. C.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. TR. P. XIX. XX.

A.V.C. 771. Christi 18.

COSS. Tiberius Aug. III. Germanicus Cæsar II.

Tiberias ab Herode Tetrarca Iudæorum, in honorem Tiberij extruitur.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS P. M.
TR. P. XIX. COS. III. S. C.

TI-

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. TR. P. XX. XXI.

COSS. M. Iunius Silanus. L. Norbanus Flaccus Blandus. *A.V.C.772. Christi. 19.*

Ciuitates Asiæ Terræmotu dirutas restituit.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VII. PON. MAX. TRIBVN. POTEST. XX. S. C.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXI. S. C. In medio Nummo:
✻ CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Figura laureata sedens dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. IMP. VII.
✻ P. M. TR. P. XXI. S. C. *Golzius Thesaur.* 24.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. DES. IV. TR. P. XXI. XXII.

COSS. M. Aurelius Messalla. M. Aurel. Cotta. *A.V.C.773. Christi 20.*

Aur. . . . . . .
✻ TR. POT. XXII. Victoria insidens Globo, vtraque manu Palmam tenens. *Vaillant. tom. 2. f. 25.*
Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. PO. XXII. S. C. In medio Nummo.
✻ DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Currus quatuor Elephantorum, cum suis Sessoribus, cui insidet figura dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IV. TR. P. XXII. XXIII.

COSS. Ti. Augustus IV. Drusus Cæsar Aug. F. II. *A.V.C.774. Christi 21.*

Sacrouirum, & rebellet in Gallis Treuiros, ac Æduos per Silium Ducem vincit.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
PONTIF. MAX. COS. IV. IMP. VII. TR. P. XXII. Duplex Cornucopiæ, Caduceo medio:
✻ P. M. TR. P. XXII. COS. IV. S. C. *Golz. Thes.* 24.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. P. M. TR. POT. XXIII. S. C. In medio Nummo.
✻ S. P. Q. R. IVLIÆ AVGVSTÆ. Carpentum duarum Mularum. *M. N.*
TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Caput Tiberij.
✻ PONT. MAXIM. COS. IV. IMP. VII. TR. P. XXIII. Duplex Cornucopiæ, in medio Caduceum alatum. *D. Ioseph Magnauacæ Bononiensis.*
IMP. VII. P. M. TR. P. XXIII. S. C.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IV. TR. P. XXIII. XXIV.

COSS. C. Sulpitius Galba. D. Haterius Agrippa. *A.V.C.775. Christi 22.*

Druso Filio TR. P. concedit Tiberius.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXIV. S. C.
TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS.
PONTIF. MAXIM. IMP. VIII. TR. P. XXIV. S. C.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIV. S. C. In medio Nummo.
CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
DIVVS AVGVSTVS PATER. Figura capite radiato, dextra Oleam, sinistra Hastam, antè pedes Ara.
IVSTITIA. Caput fœmineum Deæ Iustitiæ.
SALVS AVGVSTA. Caput Deæ Salutis.
S. P. Q. R. In Peristylio Templi.
✻ S. P. Q. R. IVLIÆ AVGVST. Carpentum à duabus Mulabus vectum. *Ind. Cauotorta.*
CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Figura sedens, vt in superiori.
✻ IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. S. C. In area Nummi. *Pat. Suet. f.* 178.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIV. S. C.
✻ DIVI AVG. S. P. Q. R. Quadrigæ Triumphales, à quatuor Elephantibus vectæ, cum Aug. figura sedente. *Ind. Cauotorta.*
TI. CÆSAR D. AVGVSTI F. AVGVSTVS.
✻ DRVSVS CÆSAR . . . . . TR. P. Caput Drusi. *Ind. Cauotorta.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IV. TR. P. XXIV. XXV.

COSS. C. Asinius Pollio. C. Antistius Vetus. *A.V.C.776. Christi 23.*

Aur. TI. DIVI F. AVGVSTVS.
TR. P. XXV. Victoria Orbi insidens, vtraque manu Lauream tenens.
Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXV. S. C. In medio Nummo.
✻ DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadriga Elephantorum, in qua Imp. sedet, dextra Ramum. *Pat. Suet. f.* 254.
✻ DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. OB CIVES SER. Corona Quercea, quam sustinent duo Capricorni. *Num. Eschi.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IV. TR. P. XXV. XXVI.

A.V.C.777. Christi 24. *COSS. Ser. Cornelius Cethegus. L. Visellius Varo.*

Tacfarinatem, Numidam, Bellum in Africa molientem, auxiliis Ptolemæi Regis, Dolabella extinguit.

Aur. TIBERIVS CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Ti. laur.
* TR. POT. XXVI. Victoria alata Globo insidens, vtraque manu Zonam tenens. *Num. Arfcot. tab. 15. num. 6.*
Forte ad Victoriam de Tacfarinate à Dolabella reportatam referendus Nummus.

Æ. TI. CÆSAR AVGVSTVS.
PON. MAX. TR. P. XXVI. S. C.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. TR. P. XXVI. XXVII.

A.V.C.778. Christi 25. *COSS. Cossus Cor. Lentulus Isauricus. M. Asinius Agrippa.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. TR. P. XXVII. XXVIII.

A.V.C.779. Christi 26. *COSS. Cn. Cor. Lentulus Getulicus. C. Caluisius Sabinus.*

Templum Tiberio ab Asiæ Ciuitatibus Smyrnæ S. C. positum, Tiberius in Campaniam secedit.

Au. TI. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS.
TR. POT. XXVIII. Victoria Globo insidens, dextra Corollam.

Ar. . . . . .
* COM. ASIÆ ROM. ET AVG. In Peristylio Templi sex Columnarum. *Oysel. Tab. 52. n. 9.*
Tacitus Annal. 4. scribit. *Lentulo, Getulico, & C. Caluisio Coss. certamen vndecim Asiæ Vrbium, honorem statuendi Tiberio Templum decernentium, inter quas Smyrna prælata est Patrum sententijs, & missum sorte Valerium Nasonem è Prætorijs, qui Templi curam susciperet.*

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. *in alio* P. M.
NERO, ET DRVSVS CÆSARES QVINC. C. VIN. Duo Capita aduersa Neronis, & Druſi, Germanici filiorum.
TI. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. VIII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POSEST. XXIIX. S. C. Globus cum Temone.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IIII. TR. P. XXVIII. XIXX.

A.V.C.780. Christi 27. *COSS. M. Licinius Crassus. L. Calp. Piso.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. TR. P. XXIX. XXX.

A.V.C.781. Christi 28. *COSS. Ap. Iunius Silanus. P. Silius Nerua.*

Au. TI. DIVI F. AVGVSTVS.
TR. POT. XXX. Victoria insidens Globo, manibus Scrtum tenens.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IIII. TR. P. XXX. XXXI.

A.V.C.782. Christi 29. *COSS. C. Rubellius Geminus. C. Fusius Geminus.*

Liuia Augusta moritur.

Ar. TI. DIVI F. AVGVSTVS.
TR. POT. XXXI. Victoria Orbi insidens, vtraque manu Lauream tenens.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. DES. V. TR. P. XXXI. XXXII.

A.V.C.783. Christi 30. *COSS. M. Vinucius Quartinus. C. Cassius Longinus.*

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP.
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXII. S. C. Cum Temone, & Globo.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXII. XXXIII.

A.V.C.784. Christi 31. *COSS. Ti. Augustus V. L. Ælius Seianus.*

Seianus in vincula ducitur, mox occiditur A. D. V. Kal. Nouembris.

Æ. TI. CAESAR DIVI F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIII. S. C.
Quadrigæ Triumphales absque inscriptione.
TI. CÆSAR . . . . . XXXIII. Caput Ti. laur.
* S. C. In Laurea. *M. N.*

TIBERIVS IMP. VIII, COS. V. TR. P. XXXIII. XXXIV.

COSS. Cn. Domitius Aenobarbus. A. Vitellius.

A.V.C. 784. Christi 32.

Aur. TI. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS.
TR. POT. XXXIV. Victoria Orbi insidens, dextra Corollas.
Æ. TI. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. VIII. Caput Ti. absque Corona.
✻ PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIV. S. C. *Ind. Polatio.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXIV. XXXV.

COSS. Ser. Sulp. Galba. L. Cor. Sulla.

A.V.C. 786. Christi 33.

Au. TI. CÆ. AVG. P. M. TR. P. XXXV.
DRVSVS CÆSAR TI. AVG. F. COS. II. TR. POT. Caput Druſi.
TIB. CÆSAR DIVI F. AVG.
✻ TR. POT. XXXV. Victoria Globo insidens, vtraque manu Coronam tenet. *ex Muſæo Ruzino l. C. Bon.*
Ar. TI. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XXXV. Caput Ti. laur.
✻ DRVSVS CÆSAR TI. F. TR. P. Caput Druſi ſine Corona. *Vaillant. Tom. 2. f. 26.*
Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXXV.
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. OB CIVES SER. S. C. Corona Quercea, quam duo Capricorni ſuſtinent.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXV. XXXVI.

COSS. Paullus Fabius Perſicus. L. Vitellius.

A.V.C. 787. Christi 34.

Phœnix in Ægypto viſus.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAX. TRIBVN. POTEST. XXXVI. S. C. (Caduceum alatum.
(Globus cum Temone.
TI. CÆS. DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVI. S. C. In medio Nummo, Templum pulcherrimum abſque alia inſcriptione.
TI. CÆSAR. DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXXVI. S. C.
✻ DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Currus à quatuor Elephantibus tractus. *Muſæi Coſpiani.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXVI. XXXVII.

COSS. M. Seruil. Rufus Nonnianus. C. Ceſtius Gallus.

A.V.C. 788. Christi 35.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. S. C. In Area Nummi, DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII. S. C. Caduceum.
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXVII. S. C. Globus cum Temone.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. In Area Nummi.
✻ Quadriga Triumphalis vacua. *M. N.*
✻ Templum ſex Columnarum, cum Porticibus, hinc indè Columnis ſuffultis, pluribus ornatum Statuis, inter quas vna Aræ mediæ inſidens. *Angelon. f. 25. n. 31.*
✻ DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Duo Capricorni cum Globo Coronam Querceam ſuſtinentes, *in qua* OB CIVES SER. *Angelon. f. 25. n. 38.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXVII. XXXVIII.

COSS. Q. Plautius Plautianus. Sex. Papinius Gallienus.

A.V.C. 789. Christi 36.

Æ. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIIX. S. C. Quadrigæ Triumphales, DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum.
Templum elegantiſſimum, *Sambuc. Emblem. 236.*
TI. CÆSAR DIVI F. AVGVST. IMP.
PONT. F. MAX. TR. POT. XXXIIX. S. C. Globus cum Temone.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. TR. POT. XXXIIX. S. C. In Area Nummi.
✻ DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum. *M. N.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Caput Tiberij.
✻ PONTIF. MAX. TRIBVN. POTEST. XXXIIX. S. C. Caduceum alatum. *Angelon. f. 39. n. 5.*
✻ PONTIF. MAX. TR. POT. XXXIIX. S. C. Fulmen. *Muſæi Coſpiani.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIIX. S. C. In Area Nummi.
✻ Quadriga Triumphalis vacua. *Pat. Suet. f. 160.*
✻ Templum pulcherrimum, in cuius medio figura inſidens Aræ, hinc, & indè duæ aliæ Figuræ baſibus inſtentes. *M. N.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
✻ PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXIIX. S. C. Caduceum alatum. *Ind. Cautoria.*

TI.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. POT. XXXIIX.

✻ ABVNDANTIA AVGG. Figura ſtans ambabus manibus Cornucopiæ effundens. *Num. Arſcot. Tab. 62. n. 12.*
✻ IOVI VICTORI . . . S. A. A. Iupiter nudus, dextra Victoriola, ſiniſtra Haſtam, ad pedes Aquila. *Angelloni. f. 350.*
✻ PAX AVGG. Figura ſtans, ſiniſtra Oleam, dextra Sceptrum. *Num. Faſch.*

PIE-

✲ PIETAS AVG. K. F. A. Mercurius, dextra Crumenam, sinistra Caduceum. *M. N.*
✲ VIRTVS AVGG. Hercules nudus, sinistro humero nixus Clauæ cum Leonis exuuijs. *M. N.*
IMP. NVMERIANVS AVG. *alij* P. F. AVG.
FIDES EXERCIT. AVGG. S. M. S. XXI. Figura inter duo Signa Militaria subsellio insidet, dextra Pateram.
✲ IOVI VICTORI K. A. B. Iupiter stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, ad pedes Aquila. *M. N.*
✲ PRINCIPI IVVENTVT. V. XXI. Figura Paludata, dextra Sceptrum, sinistra Hastam per transuersum. *M. N.*
✲ ROMAE AETERNAE VI. XXIT. Figura sedens cum Victoriola. *Num. Fasch.*
SECVRIT. AVG. V. XXI. T. Figura stans, dextram capiti imponens.
VENERI VICTRICI. Figura Stolata, dextra Victoriolam, sinistra Tintinabulum.
VICTORIA AVGG.
IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. *in Carpineo* Caput pectore Loricato, dextra Hastam gerens.
✲ FIDES EXERCIT. AVGG. T. S. M. S. XXI. Figura sedens, dextra elata cum Patera, sinistra Signum Militare, vt & à dextris alia duo Signa Militaria. *Tristan. Tom. 3. f. 314.*
✲ MONETA AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Nummus Carpineus.*
ORIENS AVGG. Figura nuda, dextram eleuans, sinistra tenens Globum, ad sinistrum pedem Sydus.
ORIENS AVG. E. A. S. Eodem Typo. *Ind Pellegrini Ascanij.*
PROVIDENT. AVGG. ✲ VI. XXI. Figura stans, dextra Spicas super Panarium portendens, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
✲ I. V. XXI. Eodem Typo. *M. N.*
IMP. C. NVMERIANVS AVG.
✲ FELICITAS AVGG. B. Figura stans ad Columnam, dextra Caduceum, sinistra Pateram. *Num. Fasch.*
MAR. VICTOR. Mars gradiens, dextra spolia super humerum. *ibidem.*
PIETAS AVGG. C. ✲ Figura stans ad Aram, sinistra Pateram. *ibidem.*
Figura stans ad Aram, sinistra Pateram, in quam aliquid ex vasculo dextra instundit. *ibidem.*
IMP. C. M. AVR. NVMERIANVS AVG.
MARS VICTOR. S. C. Mars gradiuus, dextra Hastam, sinistra spolia super humerum.
PAX AVG. B. Pacis Typus.
ROMAE AETERNAE VI. XXIT. Roma sedens cum Victoriola.
VNDIQVE VICTORES K. A. S. Figura Paludata stans, dextra Globum, sinistra Hastam.

NVMERIANVS TR. P. COS. IMP.

A. P. C. 1037. *Christi* 284.

COSS. Carinus Aug. II. Numerianus Aug.

Carinus, & Numerianus Ludos Romanos magnificentissimos edunt; Numerianus insidijs Apri Socerj occiditur, & consecratur. Diocletianus Aug. dicitur die 20. Nouembris.

Æ. IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. COS.
CLEMENTIA TEMPORVM A. XX. Duæ Figuræ in medio Victoriolam tenentes.
MONETA AVGG. S. C. Figura muliebris, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.
IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. COS. Bustum Numeriani capite Laureato, dextra Sceptrum Ebureum, sinistra Globum cum Victoria desuper Lauream Imperatori offerente.
✲ ADLOCVTIO AVGG. Imp. in suggestu in medio duarum Figurarum, quarum altera Paludata, altera Palliata alloquitur quatuor Milites cum tribus Signis Militaribus. *D. Luca Corsi Roma.*
✲ FELICITAS AVGG. Figura stans Columnæ nixa. *Patin. Ind. f. 30.*
✲ PAX AVGG. Gradiens. *ibidem.*
✲ TRIVMFVS QVAD. *Spanhem. f. 81.*
DIVO NVMERIANO.
CONSECRATIO.



141

C. VALERIVS DIOCLETIANVS.

SAlonis Dalmatiæ ortus, vtroque Parente ignobili, militare à Pueris cœpit, gregarius Miles in Gallia augurium futuri Imperij à Druide accepit, interfecto Apro, Carinum vicit. Anno Christi 285. Anno 284. Imp. est appellatus, & Augustus, atque à Senatu magno honore exceptus. In quibusdam Imperij Regionibus Tyrannis insurgentibus, Vir Prudens aduertens Imperij consortem opus esse, legit Maximianum, mox Galerium Maximianum, & Constantium Cæsarum Cæsares fecit, & adoptauit. In gubernanda Republica tanta fuit inter virumque Imp. concordia, vt alter alteri nunquam repugnauerit; & Maximianus, vt Filius Patri Diocletiano ob-

obtemperabat, qui se Iouium, Maximianus Herculeum appellauit. Diocletianus in Ægypto contrà Achilleum fortiter pugnat; eo superato, & interfecto, totam Ægyptum pacauit, Alexandria octauo mense capta. In Oriente plurimas nacto victorias triumphus à Senatu decernitur, quem aureo, & gemmato Curru explicuit. Diuinos sibi honores vsurpauit, & adorari voluit. Senio confectus decreuit se Imperio abdicare, & priuatus viuere, quod fecit Nicomediæ, quo die & Maximianus Mediolani Imperij fasces deposuit. Imperarunt annis 20. Post depositum Imperium mansit priuatus Salonis agriculturam exercens annis octo. Tandem à Constantino, & Licinio vocatus ad Nuptias Constantiæ, excusans se per senectutem, sed excusationem minacibus literis reijcientibus, Imp. suspectans necem ignominiosam, quòd fauisset Maxentio, ac Maximino, venenum sumpsisse fertur, atque ità occubuisse. Domum etiam eius fulmine, & cælesti flamma consumptam fuisse autor est *Eusebius*.

C. VALERIVS DIOCLES *Consularis, occiso Numeriano* AVG. *dicitur* TR. P. *accepta* P. M. COS. DES. II. IMP. & C. VAL. DIOCLETIANVS *appellatur A. D. XX. Nouembris. Ex Lactantio.*

COSS. Carinus Aug. II. Numerianus Aug. *A.V.C.1037. Christi 284.*

Sub finem anni Romam venit, & Ludos magnificos exhibet.

Aur. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
CONCORDIA MILITVM XX. Duæ Figuræ iungentes dextras, in quarum medio Victoria.
IOVI CONSERVATORI P. R.
ORIENS AVG. Orientis Typus.
IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG.
✻ FATIS VICTRICIBVS S. C. Tres Fatæ, seu tres Parcæ stantes singulæ Thædas sinistris tenentes, dextris verò inuicem nexis. *Spanhem. f.* 838.

✻ FELIX ADVENT. AVG. Figura Equestris, dextra elata, sinistra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 64. n. 5.*

Ar. IMP. DIOCLETIANVS AVG.
IOVI CONSERVAT. AVG. Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.
IOVI CONSERVAT. ORBIS. Vt superior.
IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA MILITVM. Duæ Figuræ stantes, Victoriâ Globo insistentem sustinentes. *P. Miniy.*
✻ IOVI CONSERVATORI. Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam, pone duo Signa Militaria, ad pedes Aquila. *P. Miniy.*
✻ IOVI TVTATORI. Iupiter penè nudus stans, dextra Globum, supra quem Victoria, sinistra Hastam, ad pedes Aquila. *P. Miniy.*
DIOCLETIANVS AVG.
✻ PROVIDENTIA AVG. A. Castra Prætoria cum quatuor Figuris sacrificantibus. *Patin. Thesaur.*
TEMPORA FELICIA. Quatuor Pueri quatuor Anni Tempora designantes.
✻ XC. / VI. } In Laurea. *Num. Fasch.*
IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
ADVENTVS AVG. RXZ. Figura Equestris Laureata dextra elata.
Ad primum Aduentum Romam Diocletiani referendus Nummus.

Æ . . . . . .
✻ APOLLINI SANCTO. Apollo stans. *Patin. Ind. f.* 30.
✻ FELICITAS AVG. Figura stans Columnæ nixa. *ibidem.*
✻ IOVI AVG. A. Iupiter nudus, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Tristan. Tom. 3. f.* 334.
✻ IOVI CONSERVATORI. Iupiter sedens. *Patin. Ind. f.* 30.
✻ ROMAE AETERNAE. *ibidem.*
✻ VIRTVTI AVG. Hercules domans Leonem à Victoria coronatus. *Num. Fasch.*
✻ . . . . . Mulier Rupi insidens, infra Fluuius. *Patin. Ind. f.* 30.
IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG.
✻ IOVI CONSERVAT. XXI T. Iupiter stans. *Num. Fasch.*
DIOCLETIANVS AVG. Caput cum Busto veste Palmari ornato.
✻ IOVI CONSERVATORI AVG. Templum, in cuius medio Iupiter stat cum Hasta, & Fulmine, & Aquila ad pedes. *Num. Carpinent.*
IMP. C. M. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis. *Num. Carpinent.*
IMP. DIOCLETIANVS AVG.
DEO SERAPIDI. Caput Turritum quale in Postumi.
✻ T. K. *M. N.* / S. F. H. TR. } Deus Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.
GENIO POPVLI ROMANI. A. P. L. C. } S. F. P. TR.
✻ S. T. *Num. Fasch.*
Hunc Genium apparuisse Claudio Iuliano Aug. testatur Amm. Marcellinus *lib.* 25. Ipse autem (*inquit*) ad solitam, suspensam; quietem paulisper prorractus, &c. vidit squalidius proximi speciem illam Genij publici, quam cum ad Augustum surgeret culmen viderat in Gallijs velato capite cum Cornucopiæ per aulea tristius incedentem.
IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. P. T. X. Vt cæteri.
IMP. DIOCLETIANVS P. AVG.
✻ GENIO POPVLI ROMANI. AL. P. *M. N.* { Genij Typus, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. / S. F. infrà I TR. }
LAETITIA AVG. XXI. Figura volata, dextra Corollam, sinistra Bacillum.
IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. *in quibusdam* Caput Radiatum, *in aliis* Bustum Laureato capite, sinistra Sceptrum Consulare.
CLEMENTIA TEMP. XXI. Duæ Figuræ cum intermedia litera T. sibi inuicem porrigentes Victoriolam, ex his vna nuda sinistra Hastam tenet.

CON-

CONSERVAT. AVG. XXI. Sol nudus radiatus, dextra elata, sinistra Flagrum. *Angell. f. 356. n. 7.*
GENIO POPVLI ROMANI.) SIS. (Deus Genius stans cum Patera, & Cornucopiæ.
) K. S. (
. . . . . CONSERVAT. O. XXI. T. Figura stans, & antè eam Puerulus.
(T. XXI. T. Iupiter nudus stans cum Fulmine, & Hasta.
IOVI CONSERVAT.) S. XXI. T. (Iupiter nudus stans cum Fulmine, & Hasta, ad pedes Icuncula cum Scrto.
(Eodem Typo.
* I. VXX. Vt superior. *Angellon. f. 356. n. 2.*
IOVI CONSERVATORI AVG. TR. XXI. Duæ Figuræ, quarum quæ ad dexterâ Hastam tenet.
✻ MONETA AVG. Tres Monetæ stantes cum attributis. *Patin. Thesauro.*
IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG.
(Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam.
✻ IOVI CONSERVAT. (P. XXI. T. Eodem Typo. *M. N.*
✻ LS. XXI. T. Eodem Typo. *M. N.*
IMP. C. DIOCLETIANVS AVG.
✻ IOVI CONSERVAT. T. XXIT. Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam, ponè cum duo Signa Militaria, ad pedes Aquila. *M. N.*
IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI L. AXXI. SIS. Genius stans vt superiores.
DIOCLETIANVS AVG.
✻ IOVI PROPVGNAT. XXI. T. Iupiter gradiens, dextra Fulmen. *M. N.*

DIOCLETIANVS TR. P. I. II. COS. II. IMP. I. II. III.

A.V.C. 1038. *Christi* 285. *COSS. Diocletianus Aug. II. Aristobolus.*

Carinum Augustum secundis præliis vincit. Maximianum Aug. dicit, & in Gallias mittit.

Aur. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
IOVI FVLGVRATORI P. R. Iupiter stans, dextra Fulmen, ad pedes Captiuus.
✻ IOVI FVLGERATORI P. R. Eodem Typo. *Oyfel. Tab. 35. n. 7. & Spanhemius f. 394.*
IOVI VICTORI P. R. Eodem Typo.
. . . . . .
✻ VICTORIA AVG. Victoria Globo instans, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Num. Arscot. Tab. 64. n. 7.*
Ar. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
SOLI INVICTO. Sol stans, dextra elata, sinistra Globum.
Æ. IMP. DIOCLETIANVS AVG. *in meo* Caput Galeatum cum Busto, dextra Iaculum, sinistra Scutum.
(B. P. L. C. Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.
✻ GENIO POPVLI ROMANI (B. P. L. C. Deus Genius ad Aram stans, dextra elata cum Patera, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ IOVI VICTORI. Iupiter nudus, sinistra Hastam, dextra Victoriolam, ad pedes Aquila. *Ind. Pellegrini Ascanij.*
VICTORIA AVG. P. XXI. T. Victoria gradiens cum Serto, & Palma.
IMP. C. DIOCLETIANVS AVG.
GENIO POPVLI ROMANI B. L. P. Genius stans cum Patera, & Cornucopiæ.
✻ IOVI INVICTO AVG. Iupiter nudus, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, ad pedes Aquila, infrà duæ Palmæ. *Tristan. Tom. 3. f. 224.*
IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI B. T. TR. Genius stans &c.
IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ GENIO POPVLI ROMANI. (B. SIS. Deus Genius vt superiores. *M. N.*
(Bt. T. K. Vt superior. *M. N.*
DIOCLETIANVS AVG.
✻ MARS VICTOR. Mars Gradiuus, dextra Pilum, sinistro humero Trophæum. *Angellon. f. 353.*

DIOCLETIANVS TR. P. II. III. COS. II. IMP. IV. V.

A.V.C. 1039. *Christi* 286. *COSS. Iunius Maximus. Vettius Aquilinus.*

Maximianus Aug. dicitur Amanduv. & Aelianum misus, illos vincit, hinc Victoria Germanica, & Britannica.

Aur. ✻ HERCVLI COMITI AVG. N. N. S. M. T. Hercules nudus, dextra Clauam, sinistra Arcum, cum Leonis exuuijs. *Num. Arscot. Tab. 64. n. 6.*
IMP. DIOCLETIANVS AVG.
✻ IOVI AVGG. Iupiter Radiatus sedens, dextra Globum, suprà quem Victoria Imperatorem Coronans, sinistra Hastam puram. *Hulsius.*
IOVI STATORI AVGG. Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.
Ar. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. Busum Diocletiani Laur., sinistra Sceptrũ Consulare.
✻ CONCORDIA CAES. AVGG. N. N. Duo Impp. Laureati ad Aram, suprà quam ignis, dextris elatis, sinistris Globum tenentes. Inter Augg. Sacerdos stat habitu Gabinio, à tergo duæ Victoriæ Impp. coronant. *Stradaf. 164.*
Æ. IMP. DIOCLETIANVS AVG.
IOVI AVGG. N. Iupiter sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.
IOVI AVGG. Eodem Typo.

IOVI

✻ ⌜S. XXI. T. Iupiter ſtans, dextra Fulmen, ſiniſtra Haſtam. *Triſtan. Tom. 3. f.* 338.
✻ IOVI CONSERVAT. AVGG. ⌞XXI. B. Eodem Typo. *M. N.*
✻ ⌞A. Eodem Typo. *Num. Faſch.*

IOVI AVGVSTORVM. Iupiter ſtans, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam.
IOVI TVTATORI AVGVSTORVM. *Goltzius.*
DIOCLETIANVS AVG. Caput Laureatum cum Buſto, dextra Iaculum.
✻ MAXIMIANVS AVG. Caput pelle Leonina ornatum. *M. N.*
✻ MONETA AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Angelloni. f.* 353.
IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI XXI. ALE. Genij Typus, vt ſuperiores.
✻ IOVI TVTATORI AVGG. P. ⌜Iupiter nudus, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam. ⌞Aquila. *Triſtan. Tom. 3 f.* 337.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG.
HERCVLI CONSERVAT. ⌜P. XXI. T. Hercules nudus dextram fæmori imponit, ſiniſtra Leonis exuuias, & Clauam Cippo inſiſtentem tenet.
✻ ⌞T. XXI. Eodem Typo. *Ind. Pellegrini Aſcanij.*

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI K. Γ. Genius ſtans cum Patera, & Cornucopiæ.
HERCVLI CONSERVAT. ⌜P. XXI. T. ⌜Hercules nudus dextram fæmori imponit, ſiniſtra Leo-
⌞S. XXI. T. ⌞nis exuuias, & Clauam Cippo inſiſtentem tenet.
IOVI, ET HERCV. CONSER. AVGG. XXI. Iupiter, & Hercules dextras iungentes, in quorum medio Victoria.

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG.
✻ HERCVLI CONSERVAT. P. XXI. T. Hercules cum Leonis exuuijs, dextra Clauam, ſiniſtra Arcum. *M. N.*

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ ⌜B. XXI. Duo Impp. Paludati, quorum vnus Victoriolam Globo impoſitam
VICTORIA AVGG. ⌞alteri porrigit, qui ſiniſtra Haſtam per transfuerſum gerit. *M. N.*
✻ ⌞A. XXI. Eodem Typo. *Num. Faſch.*

. . . . . .
✻ CLARITAS AVGG. D. P. TR. Sol nudus radiatus, ſiniſtra elata cum Globo, ad pedes Captiuus. *Patin. Ind. f.* 30.
✻ MONETA IOVI, ET HERCVLI AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Spanhem. f.* 747.

DIOCLETIANVS TR. P. III. IV. COS. III. IMP. VI.

COSS. Dioclesianus Aug. III. Maximianus Aug. — *A.V.C.* 1040. *Chriſti* 287.

Perſas Syria recuperata vltrà Tigrim ſubmouet.

Aur. . . . . . Diocletiani, & Maximiani capita coniuncta.
✻ IOVIO, ET HERCVLIO. Duo Impp. ſacrificantes cum Ara, aliiſque Figuris. *Spanhem. f.* 747.
IMPP. DIOCLETIANO, ET MAXIMIANO AVGG. Impp. Diocletianus, & Maximianus Laureati Trabeis Conſularibus induti cum Scipionibus Ebureis, ſe inuicem reſpicientes.
IMP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO C. C. S. S. Currus Triumphalis quatuor Elephantum, quorum ſingulos bini Seſſores regunt aduerſa ad Currum facie, in Curru ſtans Impp. in aere volitat Victoria Palmas hinc indè ſpargens. *Reverendiſſimus Noris ex Theſauris Sereniſſimi Cardinalis Leopoldi ab Hetruria Nummum produxit, illuſtravit, & doctiſſima diſſertatione expoſuit.*

Ær. DIOCLETIANVS AVG.
VIRTVS MILITVM. A. Caſtra Prætoria.
Æ. IMP. DIOCLETIANVS AVG.
IOVI CONSERVAT. AVGG. Γ. Iupiter ſtans, dextra Fulmen, ſiniſtra Haſtam.
✻ IOVI CONSERVATORI AVGG. XXI. Γ. Eodem Typo. *Num. Faſch.*

DIOCLETIANVS TR. P. IV. V. COS. III. IMP. VI.

COSS. Maximianus Aug. II. Ianuarius. — *A.V.C.* 1041. *Chriſti* 288.

Aur. . . . . . .
✻ SACRA MONETA AVG. NN. Moneta ſtans, dextra Bilancem, ſiniſtra Haſtam. *Num. Arſcot. Tab. 64. n. 7.*
Moneta hic videtur Sacra dici, eadem ratione qua olim ſtante Rep. Tr. Pl. Sacri, & Sacroſancti, cum iisdem & hac inuiolabilis ſit. pœna in eos graui conſtituta, qui illam adulterant, aut corrumpunt, diminuuntue. Poteſt & Sacra ob id dici, quod & Dea Moneta eſt, niſi quis velit adulatorie Sacram dici, quemadmodum & Impp. Sacras occupationes, & ipſorum reſponſa Oracula paſſim vocari videmus, quin & ipſorum fabula Sacra quidam adulatorie nimis dixerunt. Nic. Viuianus.
Æ. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ VIRTVS MILITVM E. Caſtra Prætoria, antè quæ duo Impp. ſacrificantes ad Aram, cum duabus Figuris Paludatis. *Angelloni f.* 356. *n.* 5.

DIOCLETIANVS TR. P. V. VI. COS. III. IMP. VII.

COSS. Anicius Baſſus. Rangonius Quintianus. — *A.V.C.* 1042. *Chriſti* 289.

Victoria de Sarmatis, Dacia recepta.

Æ. ✻ VICTORIAE SARMATICAE, *Spanhem. f.* 836.
✻ VICTORIA AVGG. Victoria gradiens, *Patin. Ind. f.* 30.
DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
VICTORIA SARMATICA,

DIOCLETIANVS TR. P. VI. VII. COS. IIII. IMP. VIII,

A.V.C. 1043. *Christi* 290. *COSS, Diocletianus Aug. IIII. Maximianus Aug. III.*

Victoria Rhætica de Germanis.

Aur. DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
CONSVL IIII. P. P. PROCOS. S.M.R. Figura Stolata stans, dextra Globum tenens.
Ar. DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
CONSVL IIII. P. P. PROCOS. S.M.R. Figura Stolata stans, dextra Globum tenens.
Æ. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ IOV. ET HERCV. CONSER. AVGG. Z. XXI. Iupiter, & Hercules dextras iungentes, Victoria media. *Num. Fasch.*
DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
CONSVL IIII. P. P. PROCOS. S.M.R. Figura stans, dextra Globum,

DIOCLETIANVS TR. P. VII. VIII. COS. IIII. IMP. IX.

A.V.C. 1044. *Christi* 291. *COSS. Iunius Tiberianus. Cassius Dio.*

Chaibones, ac Eruli à Maximiano Aug. victi.

Æ. ✻ P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. LEG. *Patin. Ind. f.* 30.

DIOCLETIANVS TR. P. VIII. IX. COS. IIII. IMP. IX.

A.V.C. 1045. *Christi* 292. *COSS. Afran. Hanaballianus. Aurel. Asclepiodotus.*

Constantius, & Gal. Val. Maximianus Cæsares dicti Kal. Martij.

Aur. DIOCLETIANVS P. F. AVG, Caput Diocletiani.
CONSTANTIVS NOB. CAES. Caput Constantij.
Æ. IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
SACRA MONET. AVGG. ⌜S.T.Q. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.
ET CAESS. NOSTR. ⌞P.T. Eodem Typo.
⌞T.T. Eodem Typo. *M. N.*
SAC. MON. VRB. AVGG. ET CAESS. N.N. R. ⌜P. Vt superiori Typo.
IMP. DIOCLETIANVS PIVS AVG.
M. SACRA AVGG. ET CAESS, N.N. ⌜A T. Moneta stans vt superior.
✻ ⌞A T, V. Vt superior. *Num. Fasch.*
IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
SACRA MONET. AVGG. ET CAESS. NOSTR. ⌜A.Q.P. Moneta stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.
⌞A.Q.S. Eodem Typo.
SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. ⌜Figura Stolata, dextra Ramum, sinistra Spicas.
⌞H. Eodem Typo. *M. N.*

DIOCLETIANVS TR. P. IX. X. COS. V. IMP. IX.

A.V.C. 1046. *Christi* 293. *COSS. Diocletianus Aug. V. Maximianus Aug. IV.*

Decennalia Vota soluta. XX. nuncupata.

Æ. IMP. DIOCLETIANVS AVG.
✻ PRIMIS X. MVLTIS XX. R. XXI. A. Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam, *M. N.*

DIOCLETIANVS TR. P. X. XI. COS. V. IMP. IX.

A.V.C. 1047. *Christi* 294. *COSS. Constantius Cæs. Gal. Val. Maximian. Cæs.*

Æ. IMP. DIOCLETIANVS AVG.
✻ IOVI CONSERVAT. AVGG. XX. Q. IA. Iupiter stans, dextra Hastam, sinistra Fulmen, ad pedes Aquila, *M. N.*

DIOCLETIANVS TR. P. XI. XII. COS. V. IMP. X.

A.V.C. 1048. *Christi* 295. *COSS. Numius Tuscus. Cor. Anullinus.*

DIOCLETIANVS TR. P. XII. XIII. COS. VI. IMP. X.

A.V.C. 1049. *Christi* 296. *COSS. Diocletianus Aug. VI. Constantius Cæs. II.*

Æ. IMP. DIOCLETIANVS AVG.
✻ PAX AVGG. C. Figura stans, dextra Globum cum Victoriola, sinistra Hastâ per transuersum. *M. N.*

DIO-

DIOCLETIANVS TR. P. XIII. XIV. COS. VI. IMP. X.

COSS. Maximian. Aug. V. Gal. Val. Maximian. Cæs. II. — *A.V.C.* 1050. *Christi* 297.

DIOCLETIANVS TR. P. XIV. XV. COS. VI. IMP. X.

COSS. Ancius Faustus II. Gallus. — *A.V.C.* 1051. *Christi* 298.

DIOCLETIANVS TR. P. XV. XVI. COS. VII. IMP. X.

COSS. Diocletianus VII. Maximianus VI. — *A.V.C.* 1052. *Christi* 299.

Aur. DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Capite Laureato.
✻ CONSVL VII. P. P. PROCOS. S. H. R. S. Figura muliebris gradiens, dextra Globum, ad pedes Sydus. *Spanhem. f.* 710.

DIOCLETIANVS TR. P. XVI. XVII. COS. VII. IMP. X.

COSS. Constantius Cæs. III. Gal. Val. Maximianus Cæs. III. — *A.V.C.* 1053. *Christi* 300.

✻ CONSERVATORES VRB. SVAE. Templum ſex Columnarum, in quo Roma ſedet. *Triſtan. Tom.* 3. *f.* 339.

DIOCLETIANVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VIII. IMP. X.

COSS. Postumus Titianus. Fl. Popil. Nepotianus. — *A.V.C.* 1054. *Christi* 301.

DIOCLETIANVS TR. P. XVIII. XIX. COS. VII. IMP. X.

COSS. Constantius Cæs. IV. Gal. Val. Maximinian. Cæs. IV. — *A.V.C.* 1055. *Christi* 302.

Diocletianus, & Maximianus Romam reuerſi Triumphantes ingrediuntur.

Æ. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
CONCORDIA MILITVM. ✻ { XX. A. L. F. Duæ Figuræ iungentes dextras, Victoria media. *Num. Faſch.* / I. XXI. Figura Togata ſtans, coram alia Figura ſeminuda, ſiniſtra Haſtam tenente, dextris ambæ tenent Globum, ſupra quem Victoria. *M. N.*
IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA MILITVM K. S. Vt ſuperior. *Triſtan. Tom.* 3. *f.* 338.
IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
FELIX ADVENT. AVGG. N. N. { I. K. R. / M. P. E. P. } Figura Peregrinantis habitu ſtans, dextra Labarum, ad pepes Icuncula. Eodem Typo.
FELIX ADVENT. AVGG. N. N. Figura ſtans capite Proboſcide tecto, ſiniſtra dentem tenens Elephantis, dextra Labarum, ad pedes Serpens capite Leonino.
✻ I. P. K. R. M. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
FORTVNAE REDVCI AVGG. N. N. TR. Fortunæ Reducis ſedentis Typus.
DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
ADVENTVS AVGVSTORVM. Duæ Figuræ equeſtres.

DIOCLETIANVS TR. P. XIX. XX. COS. VIII. IMP. X.

COSS. Diocletianus Aug. VIII. Maximianus Aug. VII. — *A.V.C.* 1056. *Christi* 303.

Edictum contra Christianos promulgatum à Diocletiano VII. Kal. Martias Nicomediæ. Vicennalia Romæ celebrata die 20. Nouembris. Lactantius.

Ar. IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ VOT. XX. In Laurea. *P. Mint.*
Æ. IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
VOT. XX. { H. In Laurea. / P. K. In Laurea. }
IMP. C. C. VAL. DIOCL. . . . . .
✻ VOT. XX. B. In Laurea. *Num. Faſch.*
IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ VOT. XX. { In Laurea. *Num. Faſch.* / A. In Laurea. *M. N.* }

DIOCLETIANVS TR. P. XX. XXI. COS. IX. IMP. X.

COSS. Diocletianus Aug. IX. Maximianus Aug. VIII. — *A.V.C.* 1057. *Christi* 304.

Ravennæ Conſul procedit Diocletianus.

Æ. IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG.
✻ IOVI CONSERVAT. XXI. T. Iupiter ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam, *M. N.*

DIO-

DIOCLETIANVS TR. P. XXI. COS. VIII. IMP. X.

A.V.C. 1058. *Christi* 303. *COSS. Constantius Cæs. VI. Gal. Val. Maximianus Cæs. VI.*

Hoc Anno A. D. Kal. Maij Diocletianus Purpuram deponit, & iterum Diocles factus est.

Æ. D. N. DIOCLETIANO BEATISS. *alij* BEATISSIMO. QVIETATORI AVGG. Iupiter dextra Hastam, sinistra Victoriolam.

D. N. DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN. AVG. QVIETATORI AVGG. Ve superior.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. S. T. Quietis, & Prouidentiæ Typi, quarum alter dextram leuat, alter Ramum dextra, sinistra Hastam tenet, intrà Typos AXX. infrà ALE.

D. N. DIOCLETIANO BEATISSIMO SEN. AVG. Caput Diocletiani cum Busto, dextra Palmam, sinistra Sceptrum.

* PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. ⌈P. T. Duæ Figuræ stantes sc mutuò aspicientes, quarum vna dextra Ramum, sinistra Hastam. *M. N.* ⌊P. TR. Eodem Typo. *Num. Fasch.*

D. N. DIOCLETIANO BEATISS. ✻ PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. E ✻ K A L A. Vt superiori Typo. *Num. Fasch.*

D. N. DIOCLETIANO P. F. S. AVG. ✻ QVIES AVGVSTORVM. ⌈Stans. *Patin. Ind. f.* 30. ✻ ⌊S. A. P. T. R. Figura stans, dextra Ramũ, sinistra Hastã. *Num. Fasch.*

TYRANNI SVB DIOCLETIANO.

L. ÆLIANVS *Bagaudarum in Gallijs Dux* AVG. *dicitur.*

A.V.C. 1038. *Christi* 285. *COSS. Diocletianus Aug. II. Aristobulus.*

Victus à Maximiano Herculeo occiditur anno sequenti.

IMP. C. L. AELIANVS P. F. AVG.

AMANDVS *Aeliani Socius cum eodem Aug. dicitur.*

A.V.C. 1038. *Christi* 285. *COSS. Diocletianus Aug. II. Aristobulus.*

Victus ab Herculio anno sequenti occiditur.

IMP. C. CN. SAL. AMANDVS P. F. AVG.

142



CARAVSIVS.

QVidam malè Carantium dicunt, cum ex Nummo Æreo, & alijs Carausius legendum. Ingenio, manuque promptus, ac rei militaris peritissimus, iussus à Maximiano occidi, sumpta Purpura intrauit Britanniam, vbi frustrà cum illo bella cœpta sunt, septimo tandem anno ab Allecto Socio interemptus V. C. 1046. *Iouio* 5. *& Herculeo* 4. *Augg. Cos.* Christi 293.

CARAVSIVS *Diocletiani Dux in Britannia rebellat, &* AVG. *dicitur* TR. P. *sumpta.*

A.V.C. 1040. *Christi* 287. *COSS. Diocletianus Aug. III. Maximianus Aug.*

Ar. IMP. CARAVSIVS P. F. AVG. FIDES MILITVM. Figura stans inter duo Signa Militaria.

CARAVSIVS TR. P. II.

A.V.C. 1041. *Christi* 288. *COSS. Maximianus Aug. II. Ianuarius.*

Ar. IMP. CARAVSIVS P. F. AVG. FELICITAS AVG. S. R. S. Triremis Prætoria.

Indicare voluit hoc Nummo Carausius propriam Felicitatem in Classe, quam optimam habuit, potitam fuisse, quod vtique expertus est anno sequenti, dum Classem Maximiani Herculij vicit.

CA-

CARAVSIVS TR. P. III.

COSS. Annius Bassus II. L. Rangonius Quinctianus. *A.V.C.1042. Christi 289.*

Carausius cum Maximiani Classe confligit, eam vincit, & Britanniam cum Augusti titulo ab Augg. Diocletiano, & Maximiano obtinet, & P. P. dicitur.

Æ. IMP. CARAVSIVS P. II. AVG.
PAX AVG. S. P. Figura Stolata stans, dextra Oleam, sinistra Hastile.
IMP. CARAVSIVS P. F. AVG.
PAX AVG. B. E. M. I. X. V.
IMP. CARAVSIVS AVG.
✻ PAX AVG. C. Pax dextra Ramum, sinistra Hastam. *Tristan. Tom. 3. f. 379.*
IMP. CARAVSIVS P. P. AVG.
✻ PAX AVGGG. S. P. M. I. XXI. Pax stans; dextra Ramum, sinistra Hastam per transuersum.
Reuerendissimus Noris Disert. 1. fol. 22. vbi Nummus egregiè illustratur.
IMP. CARAVSIVS P. F. . . . .
✻ VICTOR. Typus Victoriæ gradientis, seù duæ Victoriæ cum Sceptro in vnum coalescentes.
Spanhemius f. 600.

CARAVSIVS TR. P. IIII.

COSS. Diocletianus Aug. IV. Maximianus Aug. III. *A.V.C.1043. Christi 290.*

Æ. . . . . .
✻ ADVENTVS AVG. Imp. Eques. *Patin. Ind. f. 31.*
Ad reditum Carausij in Britanniam Pace facta referendus Nummus.

CARAVSIVS TR. P. V.

COSS. Iunius Tiberianus. Cassius Dio. *A.V.C.1044. Christi 291.*

Æ. IMP. CARAVSIVS P. II. AVG.
MONETA AVG. Monetæ Typus.
FORTVNA AVG.

CARAVSIVS TR. P. VI.

COSS. Hanabalianus. Asclepiodotus. *A.V.C.1045. Christi 292.*

Æ. IMP. CARAVSIVS P. F AVG.
SALVS Figura Salutis stans.
. . . . . .
✻ PROVIDENTIA AVG. Figura Prouidentiæ stantis cum attributis. *Patin. Ind. f. 31.*

CARAVSIVS TR. P. VII.

COSS. Diocletianus Aug. V. Maximianus Aug. IV. *A.V.C.1046. Christi 293.*

Ab Allecto Socio Carausius Aug. occiditur.

Ar. IMP. CARAVSIVS P. F. AVG.
✻ ROMAE AETERNAE R. S. C. Templum sex Columnarum, in quo Roma sedens à Victoria coronatur. *Patin. Thesauro.*

143

ALLECTVS.

HIC occiso in Britannijs Carausio, Imperium occupauit, Iouio V. & Hercul. IIII. Augg. Coss., Imperauit annos III., prælio victus, & occisus ab Asclepiodoto Præf. Prætorio, Iouio Aug. VI., & Constantio Cæs. II. Coss. V. C. 1049. Christi 296.

ALLECTVS *ex Duce Carausij eodem occiso* TR. P. *sumit, &* AVG. *dicitur in Britannia.*

COSS. Diocletianus Aug. V. Maximianus Aug. IV. *A.V.C.1046.*

Æ. IMP. C. ALECTVS PIVS FEL. AVG. Corona radiata.
LAETITIA AVG. Lætitiæ Typus dextra Lauream. Nauis expansis velis.
IMP. C. ALLECTVS P. F. AVG.
✻ LAETITIA AVG. Lætitia dextra ramum Oleæ tenens. *Num. Fasch.*

ALLECTVS TR. P. II.

A.V.C. 1047. *Christi* 294. *COSS. Constantius Cæsar. Maximianus Cæsar.*

Æ. IMP. C. ALECTVS PIVS FEL. AVG. Caput Corona radiata.
✻ PAX AVG. S. P. C. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam. *Tristan. Tom. 3. f. 384.*
AEQVITAS AVG. M. I.

ALLECTVS TR. P. III.

A.V.C. 1049. *Christi* 296. *COSS. Nummius Tuscus. Cornelius Anullinus.*

A Constantio Cæsare vincitur, & occiditur Allectus, & Britannia recipitur.

Æ. IMP. C. ALECTVS PIVS FEL. AVG.
VIRTVS AVG. S. A. Figura Militaris dextra Pilum.
IMP. C. ALLECTVS P. F. AVG.
✻ VIRTVS AVG. Q. L. Nauis Prætoria. *Tristan. Tom. 3. f. 384.*

M. AVREL. IVLIANVS *Tyrannus Italiæ* AVG. *dicitur, & paulò post à Maximiani Ducibus victus Fugiens per cellas acto in ignem se conicit.*

A.V.C. 1043. *Christi* 292. *COSS. Hannibalianus. Æsclepiodotus.*

Aur. ✻ LIBERTAS. Figura stans cum Stella. *Spanhem. f. 600.*

Æ. IMP. C. Q. TREBON. IVLIANVS AVG. *Goltzius.*

IMP. C. M. AVR. IVLIANVS P. F. AVG.
VICTORIA AVG. XXI. S. A. Victoriæ Typus.

L. EPIDIVS ACHILLEVS *Diocletiani Dux in Aegypto rebellat, & AVG. dicitur TR. P. sumpta:*

A.V.C. 1041. *Christi* 288. *COSS. Maximianus Aug. II. Ianuarius.*

Æ. AVT. K. Λ. ΕΠΙΔ. ΑΚΙΛΛΕΟC ΕVC. ΕVT. CEB.
L. Γ.
L. Δ.
L. E.
L. S.
Ex his Nummis, quibus Sextus Imperij annus Achilleo *tribuit, recte conijcimus ab Eruditissimo* Sigonio *lib. 9. de Occidentali Imperio Defectionem Achillei descriptam A.V.C. 1041. siue Aera Dyonisiana 288. eiusdemque mortem positam Anno Christi 293., quo Diocletianus ex Masia Galerium Cæsarem in Aegyptum accitit, vbi coniunctis viribus Alexandriam expugnarunt, Achilleum (iam sextum Imperij annum signantem) in potestatem redegerunt, & occiderunt, Vrbemque diripuerunt.*

144

144

M. AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS.

HErculeus dictus, vir natura ferus, & immitis, ardens libidine, Socorum ruptor, consiliis stolidus, ciuilitatis expers, octu agrestis, à Diocletiano sit consors Imperij, Gallias, & Africam pacatam fecit, adoptat sibi Constantium Chlorum. Tandem anno V. C. 1058. Kal. Maij Imperio se abdicat Mediolani, sed pœniteat facti propter Maxentium Filium, quem Imp. esse voluit, cum iterum depositum, tertio Imperium vsurpasset, à Constantio statim intrà Massiliam obsessus, Vrbe expugnata, nè victus in hostium potestatem veniret, laqueo sibi ceruices infregit. Legatur *Lactantius de mortibus persecutorum*, ac Pangyricus Constantino dictus.

M. AV-

M. AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS, HERCVLIVS *dictus à Diocletiano Aug.* TR. P. *accepta A. D. Kal. Aprilis.*

COSS. Diocletianus Aug. II. Aristobolus. *A.V.C. 1048. Christi 285.*

Aur. MAXIMIANVS AVG.
VIRTVS MILIT. Castra Prætoria.
IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
IOVI CONSERVAT. AVGG. Iupiter dextra Fulmen, sinistra Hastam.
IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG.
HERCVLI COMITI AVGG. NN. S.M.T. Hercules cum Claua.
MARTI PROPVGNATORI. Mars Gradiuus, dextra Pilum, sinistra Peltam.
IMP. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS AVG.
HERCVLI CONSERVAT. P. XXI. T. Hercules nudus stans, dextram fœmori imponit, sinistra Leoninam cum Claua Cippo insistentem tenet.
IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. ⎧A.A. Genius stans, dextra expansa cum Patera, sinistra Cornucop.
⎩S. Eodem Typo.
IMP. M. A. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
IOVI CONSERVAT. P. XXI. T. Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.
IMP. M. A. VAL. MAXIMIANVS AVG.
✻ IOVI CONSERVAT. P. XXI. T. Vt superior. *M. N.*
IMP. C. M. A. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
HERCVLI CONSERVAT. ⎧P. XXI. T. Hercules cum Leonis exuuijs, Arcu, & Claua.
⎩S. XXI. T. Eodem Typo.
HERCVLI PACIFERO. Hercules stans, dextra Ramum, sinistra Leonis exuuias.
IOVI CONSERVAT. T. XXI. T. Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.
IMP. C. M. VAL. MAXIMIANVS AVG.
✻ HERCVLI CONSERVAT. A. XXI. T. Hercules stans, dextra Ramum, sinistra Clauam, ac Leonis exuuias. *M. N.*
✻ IOVI CONSERVAT. S. XXI. T. Iupiter, dextra Fulmen, sinistra Hastam, à tergò duo signa Militaria, ad pedes Aquila. *M. N.*
IMP. MAXIMIANVS AVG.
✻ ⎧A. Q. S.⎫ *M. N.*
GENIO POPVLI ROMANI. ⎨B. L. C.⎬ Genius stans vt superiores.
⎩P. T. R.⎭
✻ IOVI AVGG. Iupiter sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*
SALVS AVGG. Dea Salus cum Serpente.
✻ VIRTVS AVGG. Hercules nudus, dextra Clauam, sinistra Leonis exuuias. *M. N.*
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
COMES AVGG. Figura Militatis.
GENIO AVGVSTI SIS. Genius stans vt infrà.
✻ ⎧Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
✻ GENIO POPVLI ROMANI. ⎨N. T. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
⎩A. SIS. Eodem Typo.
✻ ⎧A. Q. S. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
IOVI CONSERVAT. AVGG. Iupiter dextra Fulmen, sinistra Hastam.
✻ VIRTVS AVGG. XXI. T. Victoria Globo instans, sinistra Palmam, dextra Lauream imponit Herculi, dextro fœmore Clauæ innixo. *M. N.*
IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GEN. POP. ROM. C. I. N. S. P. L. C. Genius antè Aram accensam, cum Patera, & Cornucopiæ.
GENIO POP. ROM. ⎧A. N. T.⎫
⎨P. T. R.⎬ Deus Genius stans,
⎩H. H. T.⎭
✻ HERCVLI PACIFERO A. Hercules stans, dextra Ramum, sinistra Leonis exuuias. *M. N.*
IMP. C. M. AVREL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POP. ROM. S. A. P. T. R. Genius stans &c.
IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
⎧P. XXI. T. Hercules nudus coronatus cum Leonis exuuijs.
✻ HERCVLI CONSERVAT. ⎨T. XXI. T. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
✻ ⎩S. XXI. T. Hercules nudus dextram fœmori imponens, sinistra Leonis exuuias, ponè Claua supra Cippum. *Num. Fasch.*
IOVI CONSERVAT. ⎧P. XXI. T. Iupiter dextra Fulmen, sinistra Hastam.
⎩I. XXI. T. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS AVG. Caput laur. pectore armato, & paludato.
✻ IOVI, ET HERCVLI MONETA AVG. Dea Moneta cum attributis stat inter Iouem, & Herculem, hic dextra Clauam, sinistra Leonis exuuias tenet, ille dextra Hastam, sinistra Fulmen. *Num. Carpineus.*
VIRTVS MAXIMIANI AVG. Bustum Maximiani, dextra Equum freno retinens, sinistra Scutum, in quo Lupa cum Gemellis, & Ficus ruminalis, in Thorace caput Medusæ.
✻ MONETA AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Num. Carpineus.*
IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✻ ⎧P. T. ✻ Vt inferior. *M. N.*
✻ GENIO POPVLI ROMANI. ⎨S. T. ✻ Genius nudus, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ, capite Calathro tecto. *Ind. Pellegrini Æscanij.*
⎩T. T. Figura sedens sinistra Signum Militare.
FIDES MILITVM. ⎨S. T. Eodem Typo.
⎩P. T. A. Eodem Typo. *Num. Fasch.*

MA-

MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ ABVNDANTIA AVGG. Abundantia ex Cornucopiæ fundens nummos. *Num. Fasch.*
✲ GENIO POPVLI ROMANI S.F. P.T.R. Deus Genius nudus capite Turrito, dextra elata, cum Patera, sinistra Cornucopiæ. *Tristan. Tom. 3. f. 358.*
IMP. C. MAXIMIANVS AVG. Capite laureato, dextra laculum, sinistra Scutum.
GENIO POPVLI ROMANI, ⟨A. P. L. C. Deus Genius stans ad Aram. *M. N.*
⟨A. Q. T. ✲ Eodem Typo. *Ind. Pellegrini Ascanj.*

MAXIMIANVS TR. P. I. II. IMP. II.

A.V.C. 1039. *Christi* 286. *COSS. Innius Maximus. Vettius Aquilinus.*

Amandus, & Ælianus victi à Maximiano.

Æ. IMP. MAXIMIAMVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI ⟨G. B. SIS. Deus Genius.
IMP. C. M. A. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONSERVATOR AVGG. XXI. B. KOV. ⟨Duæ Figuræ super Aram ignitam iungentes dextras. ⟨Hercules cum Claua, & Iupiter cum Hasta. *M. N.*

IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POP. ROM. S. B. Genius stans &c.

MAXIMIANVS TR. P. II. III. COS. IMP. III.

A.V.C. 1040. *Christi* 287. *COSS. Diocletianus Aug. III. Maximianus Aug.*

Chaibonas, & Herulos profligat.

Aur. MAXIMIANVS P. F. AVG.
HERCVLI VICTORI. S. N. N. Hercules, dextra Clauam, sinistra pellem Leoninam.
HERCVLI CONSERVATORI. Idem vt superior.
MAXIMIANVS AVG.
CONSVL. AVGG. N. N.
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONSVL. AVG. C. M. N. ad pedes S. M. S. O. Figura Stolata stans, dextra Globum, sinistra Rhabdum.
Ar. IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ VIRTVS AVGG. C. Iupiter cum Fulmine, & Hercules cum Claua iungentes dextras. *N. Fasch.*
Æ. . . . . .
✲ COMES AVGVSTORVM N. N. P. T. Hercules nudus, dextra Clauam, sinistra Arcum cum Leonis exuuijs caput tectum habens. *Tristan. Tom. 3. f. 365.*
✲ CONCORDIA AVGG. Duæ Figuræ stantes. *Patin. Ind. f. 30.*
✲ HERCVLI DEBELLATORI. Hercules cum Hydra victor pugnans. *Spanhem. f. 231.*
✲ IOVI AVGG. Stans. *Patin. Ind. f. 30.*
✲ VIRTVTI AVGG. ⟨Hercules cum Leone pugnans, à Victoria Coronatur. *Patin. Ind. f. 31.* ⟨Hercules nudus Aprum Erymanthium humeris ferens, dextra Clauam. *ibidem f. 358.*
✲ VIRTVTI AVGG. ⟨Hercules cum Leone pugnans, ad pedes Claua. *Oysel. Tab. 64. n. 11.*
✲ VIRTVTI AVGG. N Hercules Leonem Nemeum vincens à Victoria coronatur. *ibidem. f. 360.*
IMP. MAXIMIANVS PIVS AVG.
P. M. TR. P. II. COS. P. P. S. C. Currus Triumphalis.
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ VIRTVS AVG. XXIC. Hercules nudus dextra Clauam, sinistra Arcum cum Leonis exuuijs. *Num. Arsset. Tab. 64. n. 11.*

MAXIMIANVS TR. P. III. IV. COS. II. IMP. IV.

A.V.C. 1041. *Christi* 288. *COSS. Maximianus Aug. II. Ianuarius.*

Initio Ianuarij plures hostes profligat.

Aur. MAXIMIANVS P. AVG.
VIRTVS MILITVM. Castra Prætoria.
VIRTVTI AVGG. Hercules cum Leonis exuuijs.
Æ. . . . . .
✲ VIRTVTI HERCVLIS S.C. Hercules nudus Clauæ nixus, sinistro brachio cum Leonis exuuijs. *Num. Arsset. Tab. 64. n. 11.*
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. ⟨G. T. S. I. S. Genius stans vt cæteri.
⟨A. T. TR. Vt superior.
IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ HERCVLI PACIFERO. T. Hercules dextra Ramum, sinistra Clauam. *M. N.*

MAXIMIANVS TR. P. IV. V. COS. DES. III. IMP. V. VI.

A.V.C. 1042. *Christi* 289. *COSS. Bassus. Rangonius.*

Vltrà Rhenum Germaniam debellat, Bellum Piraticum contrà Francos profligat.

MA-

Aur. MAXIMIANVS AVG.
HERCVLI DEBELLATORI. Hercules cum Clava, & Hydra.
HERCVLI INVICTO AVGG. *Golzius.*
VICTORIA SARMAT. Quatuor Milites ſtantes ad Aram accenſam antè Oſtium Caſtrorum, quorum duo dextras iungunt.
IMP. C. VA. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONCORDIA MILITVM. ALE. Δ. Duæ Figuræ ſtantes, porrigentes dextras, in quarum medio Victoriola.

Æ. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONCORDIA MILITVM. F. ALE. Duæ Figuræ ſibi inuicem porrigentes Victoriolam.
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. ☿ Δ. SIS. Genius ſtans &c.
✻ GENIO AVGVSTI ☿ Δ SIS. Genius vt ſuperior. *M. N.*

MAXIMIANVS TR. P. V. VI. COS. III. IMP. VII.

COSS. Diocletianus Aug. IV. Maximianus Aug. III. *A.V.C.* 1043. *Chriſti* 290.

Genobon in Regnum reſtituus. Efatech Rex Germanis datus.

Aur. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✻ VIRTVS AVGG. P. ROM. Hercules cornubus Ceruum tenens, genuque premens, ponè Claua erecta cum Leonis exuuijs. *Triſtan. Tom.* 3. *f.* 362.

Æ. . . . . . .
✻ VIRTVS AVGG. P. ROM. Hercules nudus cum Leonis exuuijs Ceruum Menalium cornibus appendit. *Oyſel. Tab.* 65. *n.* 1.
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI ☿ E. SIS. Genius ſtans &c.

MAXIMIANVS TR. P. VI. VII. COS. III. IMP. VII.

COSS. Tiberianus. Dio. *A.V.C.* 1044. *Chriſti* 291.

Quinquennalia Vota ſoluta, & X. nuncupata.

Aur. MAXIMIANVS AVGVSTVS.
CONCORDIAE AVGG. NN. Duæ Figuræ ſedentes in ſubſellio, dextra Pomum, in quarum medio Victoria.

Æ. IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI ☿ G. SIS. Genius ſtans &c.
✻ GENIO AVGVSTI. ☿G. P. T. Genius ſtans, dextra Pateram, ſiniſtra Cornucopiæ. *M. N.*
☿ G. SIS. Deus Genius vt ſuperior. *M. N.*
IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. R. G. P. T. Vt ſuperiores.

MAXIMIANVS TR. P. VII. VIII. COS. III. IMP. VII.

COSS. Hannaballianus. Aſclepiodotus. *A.V.C.* 1045. *Chriſti* 292.

Conſtantius, & Gal. Val. Maximianus Cæſares dicti Kal. Martij. Ex Lactantio.

Aur. MAXIMIANVS AVGVSTVS.
CONCORD. AVGG. ET CAES. N. N. N. N. Duæ Figuræ ſedentes dextra Globum, in quarum medio Victoriola.

Æ. IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. N. N. ☿ AQ. S. Mulier ſtans, ſingulis manibus Signum Militare tenens.
☿ AQ. P. Eodem Typo.
✻ ☿ B R. T. Ad latus Stella. *Num. Faſch.*
✻ ☿ T. T. Ad latus Stella. *ibidem.*
✻ SACR. MONET. AVGG. ET CAES. NOSTR. ☿ SIS. *M. N.*
☿ AQ. P. VI. Moneta ſtans cum Bilancibus, & Cornucopiæ.
☿ AQ. S. III. *Num. Faſch.*
IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
IOVI, ET HERCV. CONSER. AVGG. XXIZ. Duæ Figuræ Militares porrigentes dextras, cum Victoriola in medio.
SACRA MONETA AVGG. ET CAESS. N. N. Moneta ſtans, dextra Bilances, ſiniſtra Cornucop.
IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG. *in alio* Caput Galeatum, dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum.
FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. N. N. A. Q. S. T. Figura ſtans inter duo Signa Militaria. *M. N.*
SACRA MONET. AVGG. ET CAESS. NOSTR. T. T. Typi diuerſi.
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✻ MONETA S. AVG. ET CAESS. N. N. F. ITR. Moneta ſtans &c. *Num. Faſch.*
GENIO POP. ROM. Z. P. L. N. Genius ſtans.

MAXIMIANVS TR. P. VIII. IX. COS. IV. IMP. VII.

COSS. Diocletianus Aug. V. Maximianus Aug. IV. *A.V.C.* 1046.

Æ. IMP. MAXIMIANVS PIVS AVG.
GENIO CAESARIS ✠ B. SIS. Genius vt superiores.

✲ P.M. TR.P.VIII. COS.IIII. P. P. Leo Fulmen ore tenens. *Tristan. Tom. 3. f 366.*

MAXIMIANVS TR. P. IX. X. COS. IIII. IMP. VIII.

A.V.C. 1047. *Christi* 294. *COSS. Constantius Cæsar. Maximianus Cæsar.*

Æ. IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ PAX AVGG. S. Figura stans, dextra Victoriolam Globo insistentem tenens, sinistra Hastam per transuersum. *M. N.*
IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ PAX AVG. I ✲, infra B.T.R. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*
IMP. MAXIMIANVS AVG.
PAX AVGG. ⌜III. Figura stans, dextra Globum cum Victoriola, sinistra Hastam.
✲ ⌞B. Eodem Typo. *Tristan. Tom. 3. f. 373.*

MAXIMIANVS TR. P. X. XI. COS. IIII. IMP. VIII.

A.V.C. 1048. *Christi* 295. *COSS. Nummius Tuscus. Cornelius Anullinus.*

MAXIMIANVS TR. P. XI. XII. COS. IIII. IMP. VIII.

A.V.C. 1049. *Christi* 296. *COSS. Diocletianus Aug. VI. Constantius Cæs. II.*
Maximiani Decennalia celebrata.

Aur. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GAVDETE ROMANI. Duæ Victoriæ Clypeum sustinentes, in quo ⌜SIC. ⌝XX. ⌞SIC. ⌞XXX.

Æ. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS AVG.
VOT. XX. F. K. In Corona quercea.
IMP. C. M. A. MAXIMIANVS,
VOT. XX. P. In Laurea.
IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ VOT. XX. P. In Laurea. *M. N.*
IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ VOT. XX. ⌜A. In Corona. *Num. Fasch.*
✲ ⌞F. K. In Corona. *ibidem.*

✲ VOT. XXX. AVGG. In Laurea. *Patin. Ind. f. 31.*

MAXIMIANVS TR. P. XII. XIII. COS. V. IMP. IX.

A.V.C. 1050. *Christi* 297. *COSS. Maximianus Aug. V. Gal. Val. Maximianus Cæs. II.*
Maximianus Exercitum ad Rhenum ducit, Britannia à Constantio recepta.

Æ. IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. Caput cum Busto humeris Hastam tenens,
✲ VIRTVS AVGG. ET CAESS. N.N. A. Q. P. Equestris Figura Captiuum supplantans. *Num. Fasch.*

MAXIMIANVS TR. P. XIII. XIV. COS. V. IMP. X.

A.V.C. 1051. *Christi* 298. *COSS. Faustus II. Gallus.*

Æ. IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ VIRTVS AVGG. XX. I. ⌜. Hercules nudus, dextra Clauam, sinistra Leonis exuuias cum Trophæo. *M. N.*

MAXIMIANVS TR. P. XIIII. XV. COS. VI. IMP. X.

A.V.C. 1052. *Christi* 299. *COSS. Diocletianus Aug. VII. Maximianus Aug. VI.*

MAXIMIANVS TR. P. XV. XVI. COS. VI. IMP. XI.

A.V.C. 1053. *Christi* 300. *COSS. Constantius Cæs. III. Gal. Val. Maximianus Cæs. III.*
Maximianus Bellum in Africa contrà Mauritanos gerit, eosque ad obsequium reducit.

Æ. IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONSERVATORES KART. SVAE. ⌜Templum.
✲ ⌞P. K. A. Eodem Typo. *Angelon. f. 257.*
✲ FELIX ADVENT. AVGG. N. N.K.K.S. Figura Peregrinantis habitu, dextra Labarum, ad pedes Icuncula.
✲ SALVIS AVGG. ET CAES. FEL. KART. B. Figura stans ornamento capitis instar Coronæ sincta, & habitu vestita Peregrino, vtraque manu expansa tenens fructus. *Num. Fasch.*

✻ FELIX ADVENT. AVGG. N. N. P. K. S. Figura muliebris ſtans capite Elephantis Proboſcide ornato, dextra Labarum, ſiniſtra Cornu Elephantis, ad pedes Leo. *Oyſel. Tab. 90. n. 9.*

MAXIMIANVS TR. P. XVI. XVII. COS. VI. IMP. XI.

COSS. Titianus. Nepotianus. *A.V.C.1054. Chriſti 301.*

Thermas Carthagine, ac poſteà Roma conſtrui iubet, ac de nomine Collega Dioclerianeas nuncupat.

MAXIMIANVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VI. IMP. XI.

COSS. Conſtantius Caſ. IV. Gal. Val. Maximianus IV. *A.V.C.1055. Chriſti 302.*

Triumphus Diocletiani, & Maximiani, qui tum primùm Romam venit.

Æ. IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
FELIX ADVENT. AVGG. N. N. Figura Militaris, dextra Labarum cum Icuncula.

MAXIMIANVS TR. P. XVIII. XVIIII. COS. VII. IMP. XI.

COSS. Diocletianus Aug. VIII. Maximianus Aug. VII. *A.V.C.1056. Chriſti 303.*

MAXIMIANVS TR. P. XVIIII. XX. COS. VIII. IMP. XI.

COSS. Diocletianus Aug. IX. Maximianus Aug. VIII. *A.V.C.1057. Chriſti 304.*

Romam inſigni pompa ingreſſus in Æde Iouis Capitolini vota ſolvit.

Aur. MAXIMIANVS AVG.
CONSVL VIII. P. P. PROCOS. Figura Stolata, dextra Globum, ſiniſtra Rhabdum.
MAXIMIANVS AVGVSTVS.
✻ CONSVL VIII. P. P. PROCOS. S.M.TR. Figura Stolata, dextra Globum, ad pedes Sydus. *Spanhem. f. 711.*

Æ. IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONSERV. VRB. SVAE T. T. Templum ſex Columnarum.
IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONSERVATORES { VRBIS SVAE P.T. Templum ſex Columnarum, in cujus medio Roma ſedens.
LVRB. SVAE S.T. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
✻ P.T. Eodem Typo. *M. N.*
✻ CONSERV, VRBS SVAE T.T. Eodem Typo. *M. N.*

MAXIMIANVS TR. P. XX. COS. VIII. IMP. XI.

COSS. Conſtantius Caſ. V. Maximianus Caſ. V. *A.V.C.1058. Chriſti 305.*

Vicennalia celebrat Kal. Aprilis, poſtea A. D. Kal. Martij Mediolani Purpuram deponit.

Æ. ✻ AETERNIT. AVGG. Elephas, cui inſidet Puer. *Patin. Ind. f. 31.*
Cujus fœtè inter Vicennalium ſolemnia, cum Ludos magnificè celebratis Elephas produceretur.
MAXIMIANVS P. F. AVG.
✻ QVIES AVG. B. A. P. TR. Figura ſtans, dextra Spicas, ſiniſtra Haſtam. *Triſtan. Tom. 3. f. 372.*
D. N. MAXIMIANO BEATISSIMO SEN. AVG.
PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. P. L. C. Duæ Figuræ ſtantes, quarum vna Haſtam ſiniſtra, dextra Spicas tenet.
D. N. MAXIMIANO FELICISSIMO SEN. AVG.
✻ PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. R. Q. S. Duæ Figuræ ſe ſe mutuò aſpicientes. *M. N.*

MAXIMIANVS, *Iterum Purpuram ſumit exeunte Anno.*

COSS. Conſtantius Aug. VI. Gal. Maximianus Aug. VI. *A.V.C.1059. Chriſti 306.*

Æ. D. N. MAXIMIANO P. F. S. AVG.
GENIO POP. ROM. PIN. Genius ſtans, dextra Pateram, ſiniſtra Cornucopiæ.
✻ GENIO POPVLI ROMANI. P. TR. Genius nudus radiatus, dextra Pateram, ſiniſtra Cornucopiæ, hinc, & indè S. A. *Ind. Pellegrini Aſcanij.*
HERCVLI CONSERVATORI I. P. V. Hercules cum Leonis exuuijs, Arcu, & Clauâ.
VIRTVS MAXIMIANI AVG. Buſtum capite laureato, dextra capiſtro Equum retinens, ſiniſtra Scutum, in quo Lupa cum Gemellis.
✻ MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis. *Strada f. 165.*
IMP. MAXIMIANVS SEN. AVG.
CONSERVATORES KART. SVAE P. K. A. Templum ſex Columnarum, in quo mulier ſedet, vtraque manu portenſa fructus tenens.
D. N. MAXIMIANO SEN. AV. AVG.
FIDES MILITVM. AQ. P. Figura ſtans, ſingulis manibus Signum Militare tenens.

MA-

MAXIMIANVS COS. IX. *init Kal. Aprilis.*

*A.V.C.*1060. *Christi* 307. *COSS. Maximianus Sen. Aug. IX. Constantinus Aug.*

Socerum Cæsarem per dolum occidit. Faustam Filiam in matrimonio tradit Constantino Augusto.

Aur. MAXIMIANVS AVG.
HERCVLI VICTORI P. R. Hercules nudus rupi insidens, à dextris Clauam, à sinistris Arcum, & Pharetram, arboribus manibus Leonis exuuias tenens. *Tristan. Tom. 3. f. 367.*

Æ. IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONCORDIA MILITVM K. B. Duę Figurę iungentes dextras in medio Victoria Laureá tenens.

MAXIMIANVS COS. X. IMP. XI.

*A.V.C.*1061. *Christi* 308. *COSS. Maximianus Senior Aug. X. Gal. Val. Maximianus Aug. VII.*

Ex Vrbe à Maxentio Aug. eius Filio fugatur.

Æ. IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG.
✲ CONCORDIA MILITVM K Γ. Duæ Figuræ Militares Globum sustinentes, in quo Victoriola. *M. N.*

MAXIMIANVS AVGVSTVS COS. X. IMP. XI.

*A.V.C.*1062. *Christi* 309. *I. Post Consulatum Maximiani Aug. X. & Gal. Val. Maximiani Aug. VII.*

Ab Italia profugus, & ab Illyrico reiectus iterum Purpuram deponit.

Aur. MAXIMIANVS AVG.
✲ VIRTVS ILLYRICI T. S. Nauis Prætoria cum quinque Militibus Scutis se protegentibus, suprà quam Imp. eques, dextra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 64. n.* 10.

Æ. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONCORD. MILITVM K. Δ. Duæ Figuræ sibi inuicem porrigentes Victoriolam.

MAXIMIANVS, *Tertiò Imperium resumere tentans à Constantino expugnatus apud Massiliam necem sibi infert.*

*A.V.C.*1063. *Christi* 310. *II. P. Conf. Maximiani Sen. Aug. X. Et Gal. Val. Maximian. Aug. VII.*

Aur. IMP. C. VA. MAXIMIANVS P. F. AVG.
CONCORDIA MILITVM. KE. Duæ Figuræ stantes dextras inuicem porrigentes, in quarum medio Victoriola.

Æ. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG.
GENIO POPVLI ROMANI K. E. Genius stans &c.

✲ MEMORIAE AETERNAE F. T. Leo, & Clau. *Patin. Ind. f.* 31.
✲ REQVIES OPTIMO PRINCIPI. *ibidem.*
DIVO MAXIMIANO SEN. FORT. IMP. Caput Velatum.
✲ MEMORIAE AETERNAE R. P. Aquila. *Num. Fasch.*
✲ MEMORI AETERNAE R. P. Leo gradiens, supra quem Astrum. *ibidem.*
DIVVS MAXIMIANVS SEN. FORT. IMP.
MEMORIAE AETERNAE G. P. Aquila.
REQVIES OPTIMO MERIT. R. T.
R. P.
IMP. MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO PATRI SOCERO.
AETERNA MEMORIA NOST. P. Templum, in cuius apice Aquila.
DIVO MAXIMIANO OPTIMO.
REQVIES OPT. MAX. Figura sedens.
DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG. F. Caput velatum.
✲ AETERNA MEMORIA . . ST. Templum sex Columnarum rotundum, semiapertum, in cuius summitate Aquila, *M. N.*
DIVO MAXIMIANO SEN. FORTISSIMO. Figura velata, & laureata.
✲ REQVIES OPTIMO MERIT. R. S. Figura laureata Sellæ Curuli insidens, dextra elata, sinistra Sceptrum. *M. N.*
DIVO MAXIMIANO SEN. OPTIMO FORT. IMP.
✲ { Leo gradiens, *Angelloni. f.* 358.
✲ MEMORIAE AETERNAE. { Aquila. *ibidem.*
✲ { Aquila insistens Fulmini. *Num. Arscot. Tab.* 64. *n.* 12.

GALERIA VALERIA EVTROPIA

Maximiani Herculis Vxor,

GAL. VAL. EVTROPIA AVG. *Goltzius.*

FL.

145

FL. VALER. CONSTANTIVS.

COgnomento Chlorus, Filius Eutropij Romani(Gente nobiliſſima)& Claudiæ. A Maximiano, & Diocletiano, cum Gal. Valerio Maximiano in Imp. adoptatus, cui diuiſo Orbis Imperio, cedebat Illyricum, Græcia, & Oriens. Conſtantio verò Gallia, & Hiſpania, cum tota Africa. Afriæ porrò, & Italiæ adminiſtrationem recuſans, Gallijs contentus, illis diligentius præfuit. Eo Regnante in Hiſpanijs, Galliis, & Alpibus, nulli motus fuere, hoſtiſque P. R. ab armis ceſſauere. Anno Imperij 13. menſe 5. Eboraci in Britannia, morte conſumptus interijt, vir pius, & Chriſtianis fauens, natura mitiſſimus, diuitiarum ſpretor, modici cultus, tantæ modeſtiæ, vt facilem ſe, & amabilem cunctis præberet.

FL. VALERIVS CONSTANTIVS CÆSAR. *Iterum, & TR. P. accepit Kal. Martij.*

COSS. Afran. Hannaballianus. Aurel. Aſclepiodotus. *A.V.C.* 1045. *Chriſti* 292.

In Britanniam miſſus Carauſium nauali prælio vincit, & ſeruat.

Aur. CONSTANTIVS N. C.
✲ VIRTVTI AVGG. TR. Hercules cum Claua, aduerſus Hydram. *Num. Faſch.*
CONSTANTIVS CAES.
✲ PROVIDENTIA AVGG. P.T. Ædificium. *Conſtantin. Chriſtiana Tab.* 1.
D. N. CONSTANTIO NOB. C.
✲ PRINCIPI IVVENTVTIS P. ROM. Figura Paludata ſtans, dextra Iaculum, ſiniſtra Globũ. *ibid.*

Ar. CONSTANTIVS CAESAR.
GLORIA EXERCITVS. *Goltzius Theſ.* 5.
PROVIDENTIA AVGG. C.N.N. Caſtra Prætoria.
Magnentius in Pannoniam Exercitum ducit, Scissiam capit, apud Mursam à Constantio vincitur, fugiensque circa Ticinum Legiones incautius profequentes fundit.

Aur. D. N. DECENTIVS FORT. CAES.
✻ VICTORIA CAES. LIB. ROMANOR. TR. S. Victoria, & Libertas cum attributis, dextras iungunt Trophæo medio. *Constantinop. Christian. Tab.* 13.
✻ VIC. CAES. LIB. ROMANOR. D. TR. Eodem Typo. *ibidem.*
Æ. D. N. DECENTIVS FORT. CAES. A.
VICTORIAE D.D.N.N. AVG. ET CAES. T. A. Q. T. Duæ Victoriæ sustinentes Clypeum, in quo VOT. V. MVLT. X. *M. N.*

D.N.

D. N. DECENTIVS NOB. CAES.
* ⌜H. C. Duæ Victoriæ sustinentes Clypeum, in quo VOT. V.
VICTORIAE D. D. N. N. *) SV. Sub Scuto, infrà R. P. L. C. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
AVG. ET CAES. *) SP. Sub Scuto, suprà Christi Monogramma vt superius. *ibidem.*
* ⌊Sl. Sub Scuto, infrà R. I. supra Scutum Christi Monogramma. *ibidem.*
* ⌊SM. AV. Sub Scuto, suprà Christi Monogramma. *ibidem.*

D. N. DECENTIVS NOB. C. *alius* FORT.
VICTORIA D. D. N. N. AVG. ET CAES. * ⌜S. V. L. S. L. C. Duæ Victoriæ tenentes Scutum, in quo VOT. V. MVLT. X.
*) S. P. . . . . Eodem Typo. *M. N.*
* ⌊R. S. L. C. Eodem Typo. *Num. Fasch.*

MAGN. DECENTIVS NOB. CAES. *in Carpineo* caput pectore Loricato, dextra Sceptrum, sinistra Globum cum Victoria.

VICTORIA AVGG. Victoria alata, dextra Sertum, sinistra Palmam Captiuum supplantans.

* VIRTVS AVGG. Imp. Eques Hasta Captiuum sternit. *Num. Carpineus.*

DECENTIVS FORT. CAES. ad latus A.
VICTORIAE D. D. N. N. AVGG. ET CAESS. Duæ Victoriæ tenentes Clypeum, in quo VOT. V. MVLT. X. SV.

MAG. DECENTIVS NOB. CAES. *in quibusdam* ad latus B. *in aliis* Bustum, dextra Hastam, sinistra Globum cum Victoria.

VICT. D. D. N. N. AVGG. ET. CAES. * ⌜R. P. Duæ Victoriæ Clypeum tenentes, in quo VOT. V. MVLT. X. *M. N.*
* ⌊R. S. Eodem Typo. *M. N.*

* VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens, dextra Palmam, sinistra Imperatorem ducit, qui dextra Globum, sinistra Hastam tenet. *Trist. Tom. 3. f. 650.*

DECENTIVS CAESAR COS.

COSS. Constantius Aug. VI. Constantius Gallus Cæs. II. *A.V.C. 1106. Christi 353.*

Decentius audita Magnentij Fratris morte vitam laqueo finiuit.

Æ. D. N. DECENTIVS P. F. AVG.
SALVS D. D. N. N. AVG. ET C. . . . . Monogramma Christi. hinc A. illinc Ω. In medio Nummo. *Num. Fasch.*
Cum in hoc Nummo decentius P. F. AVG. *inscribatur, credibile est eundem paullò antè mortem Augusti nomen in Gallijs sumpsisse, quod omnibus Historicis huc vsque in abscondito fuit, fateor meam coniecturam, sed ex Nummo probabilem, & necessariam.*

170



DESIDERIVS.

FRater Magnentij, & Decentij, cui per speciem furoris vulnera intulerat Magnentius. Accessit ad Constantium, à quo liberaliter acceptus est, paulò post Fratris Magnentij mortem.

DESIDERIVS *Magnentij Frater* CAESAR *ab eodem dicitur.*

COSS. Sergius. Nigrinianus. *A.V.C. 1102. Christi 350.*

Æ. D. N. DESIDERIVS NOB. C. *Golzius.*

DESID. N. C. Bustum Desiderij armatum, dextra Hastam, sinistra Capistro Equum retinens.
* MACCOMMO. Figura Rupi insidens Caput læua sustentans. *Strada f. 189.*

171

VETRANIO.

POST Constantij necem Magnentio Italiam, Africam, Gallias obtinente, etiam Illyricum res nouas habuit Vetranione Magistro Militum, propè ad stultitiam simplicissimo, ad Imperium consensu Militum electo, quem grandæuum iam, & cunctis amabilem diuturnitate, & felicitate Militiæ, ad tuendum Illyricum Principem crearunt, virum probum, & morum veterum, ac iucundæ ciuilitatis, sed omnium liberalium artium expertem, adeò vt ne elementa quidem prima literarum nisi grandæuus, & iam Imp. acceperit. Huic à Constantio, qui ad vltionem fraternæ cædis bellum ciuille commouerat, abrogatum est Imperium, atque nouo, inusitatoque more consensu Militum Imperij insigne deponere compulsus est, sed & voluntarium otium concessum.

FL. VETRANIO, *occiso Constante in Illyrico ab Exercitu* AVG. *dicitur apud Sirmium Kal. Maij.*

COSS. Sergius. Nigrinianus,

*A.V.C.*1103. *Christi* 350. *A Constantio abdicare coactus ad priuatam vitam redijt eodem anno VIII. Kal. Ianuarij.*

Æ. D. N. VETRANIO P. F. AVG. *In aliquibus ad latus* A. *in aliquibus* Sydus ante caput.
* ⌜T. S. A. Figura Paludata stans, singulis manibus singulum Labarum tenens, in quibus Monogramma Christi, *Strada f.* 190.
* ⌞
CONCORDIA MILITVM.) AC. SIS. Eodem Typo. *D. Magnanacca.*
* ⌜M. S. A. Eodem Typo. *Tristan. Tom.* 3. *f.* 634.
* ⌞B. SIS. Eodem Typo. *Constantin. Christiana Tab.* 12.
GLORIA ROMANORVM.) ⌜Figura Paludata stans, dextra Globum cum Victoria, sinistra Labarum, in quo Monogramma Christi, ad latus Stella. *Num, Arscot. Tab.* 65. *n.* 23. 24.
* ⌞B. SIS. Eodem Typo. *Constantinop. Christiana Tab.* 12.
* HOC SIGNO VICTOR ERIT A. P. SIS. Imp. stans, dextra Labarum, in quo Monogramma Christi, sinistra Hastam puram à Victoria Coronatur, *Tristan. Tom.* 3. *f.* 633.

* VIRTVS EXERCITVVM. *Spanhem. f.* 601.

172



FL. IVLIVS CONSTANTIVS.

ALTER Constantini M. Filius. In diuisione Imperij ei Oriens cessit morte Constantis intellecta, eam vltus, Gallum Patruelem Cæsarem fecit, & Orienti præfecit: Magnentium memorabili prælio fudit ad Mursiam, quo Romani Imperij vires penè concidere, desideratis vtrinque 53000. Cùm Magnentius bellum denuò reparasset, ad Lugdunum iterum eum vicit, Gallum Cæsarem fœdissimum, & insolentem interfecit, Tyrannos vndique oppressit, contrà Persas sæpe feliciter constitit, & aliquando ab ijsdem superatus, frustò panis à quodam vetulo porrecto, inediam superauit. Romam cum Osmisda Regis Persarum Filio redit: Iuliarum Galli Fratrem 23. ætatis anno Cæsarem fecit, sorore sua Helena ei in matrimonium tradita, qui Imp. ab Exercitu appellatur. Constantius aduersus Iulianum Exercitum ducens febre ardenti ex impatientia, & indignatione contracta, ad Mopsuestenen (Mopsuestiæ, vt vult Marcellinus) decessit, anno Imperij 25. ætatis 45.

FL. IVLIVS CONSTANTIVS *Constantini M. Fil. inter XX. solemnia* CAESAR *à Patre dicitur, & Orienti præficitur.*

COSS. Paullinus. Iulianus.

*A.V.C.*1078. *Christi* 325. *Aur.* FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
PRINCIPI IVVENTVTIS, Figura Militaris, dextra Pilum, sinistra Globum,

D. N.

PRINCIPI IVVENTVTIS. ✻ ⌜SIRM. Figura Paludata ſtans, dextra Aquilam Legionariam; ſiniſtra Haſtam, ad latus Signum Manipulare. *Num. Arſcot. Tab. 66. n. 18.*

FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. CAES.
GLORIA ROMANORVM TES. Duæ Figuræ Stolatæ ſedentes, prior dextra Globum, cum Victoria, altera Fortuna Urbis, *vt Conſtantinopoli Chriſtiana deſcribitur. Conſtan. Chriſtiana Tab. 9.*

✻ PRINCIPI IVVENTVTIS TR. Figura Paludata ſtans, dextra Iaculum, ſiniſtra Globum. *ibidem.*

Ar. CONSTANTIVS NOB. CAES
Sidus in medio Laureæ, abſque Epigraphe. *Conſt. Chriſtiana Tab. 9.*

Æ. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
CONCORDIA MILITVM. Duo Milites tenentes Victoriolam.
GLORIA EXERCITVS. Duo Milites ſinguli tenentes Haſtam, & Signum Militare.
✻ ⌜S. M. T. S. T. Duo Milites cum Haſtis, & Scutis, in medio duo
GLORIA EXERCITVS. ✻ ⌞ Signa Militaria. *Num. Faſch.*
✻ ⌜M. R. B. T. Eodem Typo. *ibidem.*
✻ ⌞S. M. A. Eodem Typo. *ibidem.*
✻ ⌜TR. I. S. Eodem Typo. *ibidem.*
✻ ⌞SM. K. SO. Eodem Typo. *ibidem.*
✻ PROVIDENTIAE CAESS. ⌜S. M. K. A. Caſtra Prætoria. *Num. Faſch.*
✻ ⌞S. N. K. O. Eodem Typo.
D. N. CONSTANTIVS IVN. NOB. C. *in alto ad latus* A.
✻ CONCORDIA MILITVM A. SIS. Figura Militaris ſingulis manibus ſingula Labara tenens, in quibus Monogramma Chriſti. *M. N.*
✻ FEL. TEMP. REPARATIO. ⌜A. SIS. Figura Militaris Captiuum ſupplantans.
✻ ⌞T. SIS. Eodem Typo.
✻ HOC SIGNO VICTOR ERIS A. SIS. III. Imp. Paludatus, dextra Labarum cum Monogramate Chriſti, ſiniſtra Haſtam, à tergo Victoria Lauream eidem imponens dextræ, ſiniſtra Palmam. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 9.*
D. N. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ CONCORDIA MILITVM A. SIS. Vt ſuperiori Typo. *Num. Faſch.*
D. N. FL. CONSTANTIVS N. . . .
✻ SECVRITAS REIPVB. R. ✠. T. Figura ſtans, ſiniſtro Cubito Columnæ nixa, dextra Haſtam. *M. N.*
Caput Conſtantij abſque inſcriptione.
✻ CONSTANTIVS NOB. CAES. S. M. R. Q. In medio Nummo, ſuprà inſcriptionem Laurea. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab. 10.*
✻ CONSTANTIVS CAESAR S. TR. In medio Nummo, ſuprà inſcriptionem Sidus. *ibidem.*
. . . . . .
✻ CONSTANTIVS CAESAR. In medio Nummo. *Patin. Ind. f. 33.*

CONSTANTIVS CAES. AN. II. COS.

COSS. Conſtantinus Aug. VII. Conſtantius Cæſar. *A.V.C. 1079. Chriſti 326.*

Æ. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ PROVIDENTIAE CAESS. STRB. Caſtra Prætoria. *Num. Faſch.*
D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
FELIX TEMP. REPARATIO. ⌜ALE. B. Miles Captiuum ſternens.
⌞S. M. H. B. Eodem Typo.
D. N. CONSTANTIVS IVN. NOB. C.
✻ FEL. TEM. REPARATIO L. XXII. B. SIS. Figura Militaris Captiuum cum Equo prolapſum ſternens. *M. N.*

CONSTANTIVS CAESAR AN. III. COS.

COSS. Fl. Val. Conſtantius. Maximus. *A.V.C. 1080. Chriſti 327.*

Conſtantinus Magnus Aug. Roma Triumphat.

Æ. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ GLORIA EXERCITVS. F. SIS. Duo Milites cum Haſtis ad Labarum, in quo Monogramma Chriſti. *Num. Faſch.*
✻ VRBS ROMA. Roma Clypeo inſidens, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam. *Patin. Theſauro.*
D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES.
FEL. TEMP. REPARATIO S.M.K.T. Figura Militaris aliam Equeſtrem ſupplantans.

CONSTANTIVS CAES. AN. IV. COS.

COSS. Ianuarius. Iuſtus. *A.V.C. 1081. Chriſti 328.*

Conſtantinus M. Taifales, & Gothos vincit.

Æ. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ PROVIDENTIAE CAESS. M. N. A. Caſtra Prætoria. *M. N.*

CON-

CONSTANTIVS CAES. AN. V. COS.

A.V.C. 1082. Christi 329.

COSS. Constantinus Aug. VIII. Constantius Iun. Caes. IIII.

Præsidia contrà Barbaros in ripis Istri à Constantino M. deleta.

Æ. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ PROVIDENTIAE CAESS. P. TR. E. Castra Prætoria. *M. N.*
D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
✻ FELIX TEMP. REPARATIO S. M. K. E. Miles Captiuum sternens. *M. N.*
✻ FEL. TEMP. REPARATIO RE. Imp. Eques dextra iaculo Captiuum sternit, dum alius Miles illi Scutum porrigit. *Occo. Tab. 67. n. 2.*

CONSTANTIVS CAES. AN. VI. COS.

A.V.C. 1183. Christi 330.

COSS. Gallicanus. Symmachus.

Constantinopolis dedicatio.

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ CONSTANTIVS CAESAR. CONS. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constant. Christiana Tab. 9.*
✻ VIRTVS CAESS. S. F. CONST. Castra Prætoria cum Stella. *ibidem.*
D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
✻ VIRTVS CAESS. T. F. P. CONS. Castra Prætoria cum Stella. *M. N.*

CONSTANTIVS CAES. AN. VII. COS.

A.V.C. 1084. Christi 331

COSS. Bassus. Ablabius.

Æ. D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
✻ VIRTVS CAESS. { Q. A. ⊛ L. Castra Prætoria cum Stella. *M. N.*
{ R. P. Eodem Typo. *M. N.*

CONSTANTIVS CAES. AN. VIII. COS.

A.V.C. 1085. Christi 332.

COSS. Pacatianus. Hilarianus.

Constantinus M. Gothos in Sarmatarum Terris vincit.

Æ. D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
FELIX TEMP. REPARATIO A. N. H. Miles Captiuum sternens.
FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ VIRTVS CAESS. Trophæum, ad cuius pedes iacet Captiuus, ponè Imperator dextra illud aptans, sinistra Hastam tenens. *Const. Christiana Tab. 9.*

CONSTANTIVS CAES. AN. IX. COS.

A.V.C. 1086. Christi 333.

COSS. Delmatius. Xenophilus.

Ar. CONSTANTIVS NOB. CAES.
✻ FELICITAS ROMANORVM. S. M. K. Quatuor Armati, & Paludati Hastas tenentes.
Æ. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ GLORIA ROMANORVM. { Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Patin. Thes.*
{ Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Trophæum. *ibidem.*
D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
✻ GLORIA ROMANORVM. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantinop. Christiana Tab. 9.*

CONSTANTIVS CAES. AN. X. COS.

A.V.C. 1087. Christi 334.

COSS. Optatus. Paullinus Iunior.

Ar. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ GLORIA EXERCITVS. CON. Figura mulichris sinistro cubitu nixa Columnæ, sinistra Hastam tenens, dextra Ramum. *Const. Christiana Tab. 9.*

CONSTANTIVS CAES. AN. XI. COS.

A.V.C. 1088. Christi 335.

COSS. Val. Constantius. Albinus.

XXX. Imperij à Constantino M. celebrata. X. Constantij Cæsaris.

Æ. D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.
FELIX TEMP. REPARATIO ALE. IA. Miles Captiuum sternens.
FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.
✻ VICTORIA AVG. N. N. Victoria insidens Spolijs Clypeo inscribens VOT. X. *Patin. Thes.*
FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C.
VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. Victoria sedens, Clypeo inscribens VOT. X.

CON-

CONSTANTIVS CAES. AN. XII. COS.

COSS. Nepotianus. Facundus. *A.V.C.* 1089. *Christi* 336.

Ar. CONSTANTIVS NOB. CAES.
GLORIA ROMANORVM. Conſtantinus Maximus cum duobus Filijs Cæſaribus.

CONSTANTIVS *ex* CAESARE AVG. *dicitur in Oriente, mortuo Patre, A. D. V. Id. Septembris* TR. P. *ſumpta.*

COSS. Fab. Titianus. Felicianus. *A.V.C.* 1090. *Christi* 337.

Conſtantius Patrem magnifico funere extulit, & contrà Perſas Exercitum ducit.

Aur. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCITVS T. P. S. Figura Galeata cum Haſta, & Clypeo.
CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ Chriſti Monogramma in medio nummo, hinc A. illinc Ω. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 10.
. . . . . .
✻ VICTORIA AVGGG. M. D. COM. OB. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoriola Captiuum ſiniſtro pede premens. *Num. Arſcot. Tab. 66. n. 6.*
Ar. IMP. CONSTANTIVS P. F. AVG. *in aliis fine* IMP.
IOVI CONSERVATORI. T. S. A. Iupiter, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ FELICITAS PERPETVA A. Q. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Trophæum. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 11.
✻ HOC SIGNO VICTOR ERIS. A. SIS. Victoria coronans Imperatorem tenentem Labarum, in quo Chriſti Monogramma.
CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ CONSTANTIVS AVG. SIS. Tres Palmæ erectæ, ſupra quas Stella. *Triſtan. Tom. 3. f. 678.*
MEMORIA FELIX. *Gut. Theſ. 7.*
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ FEL. TEMP. REPARATIO. { Figura Equeſtris ab alia proſtrata. *P. Miniſ.*
✻ { Figura Puerum ex Antro educens, ponè quod Arbor. *ibidem.*
GLORIA ROMANORVM R. P. L. C. Figura Stolata, cui aſſiſtit Eques.
FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.
✻ CONSTANTIVS AVG. SO. CON. Quatuor Labara erecta. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 10.
Æ. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ { A. Q. S. Imp. in Naui, dextra Globum cum Phœnice, ſiniſtra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ad pedes Victoria Nauim gubernans. *M. N.*
✻ } P. ARL. Eodem Typo. *M. N.*
✻ { TR. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
✻ { TR. P. Eodem Typo. *ibidem.*
FEL. TEMP. REPARATIO.
IMP. CONSTANTIVS AVG.
MARTI CONSERVATORI P. TR. Mars ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum.
IMP. C. CONSTANTIVS P. F. AVG.
SAPIENTIAE NOSTRI PRINCIPIS. *Golt. Theſ. 9.*
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. *in aliquibus* ad latus A.
FEL. TEMP. REPARATIO. { A. Q. T. L. XXII. Figura Militaris Captiuum ſupplantans.
{ III. R. T. Captiuus ab Equo prolapſus à Figura Militari propugnatur. *M. N.*
{ F. P. L. Eodem Typo. *M. N.*
{ C. L. C. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 11.
IN HOC SIGNO VICTOR ERIS. A. SIS. Victoria coronans Imperatorem.
✻ LARGITIO. Imp. cum Thiara ſedens inter duas Figuras, vnam Militis ſtantis, alteram Corona radiata dextram Conſtantio porrigentem. *Spanhem. f. 825.*
✻ SALVS AVG. TRO. Monogramma Chriſti, hinc A. illinc Ω. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 11.
VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria, & Miles ſtantes ſe mutuò aſpicientes.
D. N. CONSTANTIVS AVG.
✻ GLORIA EXERCITVS. S. M. ANT. Duo Milites Haſtati, & Clypeati, in quorum medio Signum Militare. *M. N.*
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. ✻ A. *in aliis* N. *in aliquibus* Caput Laureatum, *in aliis* Caput Corona Gemmata dextra Globum.
✻ CONCORDIA MILITVM A. . . . . Figura Militaris ambabus manibus Labarum tenens, in quo Chriſti Monogramma. *M. N.*
✻ { N. TR. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Scutum, antè eum duo Captiui ſtantes, manibus poſt terga reuinctis. *M. N.*
✻ { ANT. ✻. Eodem Typo. *Triſtan. Tom. 3. f. 679.*
✻ { PAN. Imp. dextram porrigit Figuræ paruæ ex Antro prodeunti, ſiniſtra Haſtam, ponè Arbor. *M. N.*
FEL. TEMP. REPARATIO. ✻ { KAC. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
✻ { R. Eodem Typo. *Strada f. 185.*
✻ { A. SIS. Phœnix radiatus ſubſtructioni inſtans. *M. N.*
✻ { P. ARL. Eodem Typo. *Conſt. Chriſt. Tab.* 11.
✻ { S. M. KAR. Imp. ſtans, dextra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ſiniſtra Scutum, dextro pede duos Captiuos manibus reuinctis conculcans. *Triſtan. Tom. 3. f. 679.*
✻ GLORIA ROMANORVM ✻ R. T. Figura Equeſtris Captiuum ſupplantans. *M. N.*

✲ GLORIA ROMANORVM ✲ R. T. Figura muliebris Galeata insidens Clypeo, dextra stilum, quo inscribit Clypeo supra Columnam posito VOT. *Const. Christiana Tab.* 3.
✲ HOC SIGNO VICTOR ERIS A. B. SIS. Imp. stans; dextra Labarum, in quo Christi Monogramma, sinistra Hastam per transuersum à Victoria coronatur. *Ad. N.*
FL. IVL. CONSTANTIVS AVG.
✲ GLORIA EXERCITVS A. SIS. Duo Milites Hastati, & Clypeati, in quorum medio duo Signa Militaria. *Const. Christiana Tab.* 10.

CONSTANTIVS TR. P. I. II. COS.

A.V.C. 1091. *Christi* 338. *COSS. Versus. Polemius.*

Delmatium, & Hannabalianum propinques necat, & Saporì Persarum Regi restitit.

Ar. CONSTANTIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM. SIS.
VICTORIAE DD. AVGG. Q. N.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG. Caput Galeatum, dextra Iaculum.
✲ FEL. TEMP. REPARATIO R. B. Imp. stans, dextra Labarum cum Christi Monogrammate, sinistra scutum, antè eum duo Captiui stantes. *Const. Christiana Tab.* 10.
Æ. D. N. CONSTANTIVS AVG.
✲ SPES REIPVBLICE. S.M.K.B. Imp. stans, dextra Globum, sinistra Hastam. *M. N.*
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
FEL. TEMP. REPARATIO. S.H.K.B. Figura Militaris Captiuum supplantans.
✲ VICTORIA AVGVSTORVM. Imp. Paludatus, dextra Globum, sinistra Hastam, & Victoria gradiens dextra Palmam, Imperatorem alloquens. *Constantin. Christiana Tab.* 10.
✲ VIRTVS AVG. N. Imp. Paludatus, dextra Pilum, sinistra Globum cum duobus Captiuis sedentibus ad pedes. *ibidem.*
VIRTVS AVG. Miles Paludatus, dextra Pilum, sinistra Globum.
CONSTANTIVS P. F. AVG.
✲ VICTORIAE D. D. AVGG. Q. N. N. S. T. P. L. C. Duæ Victoriæ dextris Laureas tenentes. *Num. Fasch.*

CONSTANTIVS TR. P. II. III. COS. II.

A.V.C. 1092. *Christi* 339. *COSS. Constantius Aug. II. Constans Aug.*

Ar. CONSTANTIVS P. F. AVG.
GLORIA EXERCITVS S. M. K. T.
Æ. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✲ FEL. TEMP. REPARATIO. { T. CON. Figura Militaris Captiuum supplantans. *Num. Fasch.* / T. T. S. Δ. Imp. stans, dextra Globum cum Victoriola à qua coronatur, sinistra Labarum cum Christi Monogrammate dextro pede Captiuum supplantàs. *M.N.* / T. SE. Eodem Typo. *Constan. Christiana Tab.* 11.

CONSTANTIVS TR. P. III. IV. COS. II.

A.V.C. 1093. *Christi* 340. *COSS. Acyndinus. Proculus.*

XV. Constantij celebrata. Constantinus Iun. Aug. in prælio occiditur.

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS AVG.
✲ SECVRITAS REIPVBLICAE. TR. Figura stans, sinistro cubitu Columnæ nixa, dextra suprà capur elata. *Constan. Christiana Tab.* 10.
Ar. D. N. CONSTANTIVS AVG.
VICTORIA CONSTANTIS AVG. S.M.N.R. Victoria sedens cum Puerulo assistente Clypeum tenent, in quo VOT. XV.
Ex hoc Nummo Votorum Constantij nuncupationis, vel solutionis iustum tempus elicitur. XV. enim Vota hoc Nummo expressa soluta fuisse constat eo anno, quo Constans Aug. Victoriam consecutus est, qua alia esse non potuit, quam à Fratre Constantino Iuniore reportata. Hanc Victoriam hoc anno V. C. 1093. contigisse in confesso est, undè si hoc anno XV. soluta fuere, certè quod X. A.V.C. 1088., Et XX. A.V.C. 1098., Et XXX. A.V.C. 1108. pari modo processere, quod silentibus vbique Historicis Nummorum debemus testimonio.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. PERP. AVG.
FELICITAS ROMANORVM S. N. AN. I. Laurea, in qua VOT. XV. MVLT. XX.
✲ VICTORIA AVG. N. N. Victoria spolijs insidens, Clypeum tenens, in quo VOT. X. *Num. Arscot. Tab.* 66. *n.* 23.
Æ. ✲ PROVIDENTIAE AVGG. S.M.T.S. Castra cum Stella. *Patin. Ind-f.* 33.

CONSTANTIVS TR. P. IV. V. COS. II.

A.V.C. 1094. *Christi* 341. *COSS. Marcellinus. Probinus.*

Æ. FL. CL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
M. T. E. S. In medio nummo.

D. N.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ FEL. TEMP. REPARATIO. ⌜E. SIS. Imp. in Naui, dextra Globum cum Phœnice, sinistra Labarum, in quo Christi Monogramma, ad pedes Victoria Nauim gubernans. *Num. Fasch.*
✻ ⌞N. K. E. Imp. Eques lancea duos Barbaros prostrat. *Const. Christiana Tab.* 11.

CONSTANTIVS TR. P. V. VI. COS. III.

COSS. Constantius Aug. III. Constans Aug. II. *A.V.C.* 1095. *Christi* 342.

CONSTANTIVS TR. P. VI. VII. COS. III.

COSS. Placidus. Romulus. *A.V.C.* 1096. *Christi* 343.

CONSTANTIVS TR. P. VII. VIII. COS. III.

COSS. Leontius. Salustius. *A.V.C.* 1097. *Christi* 344.

Ar. FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
PAX AVGVSTORVM T. H. Imp. Paludatus stans, dextra Labarum cum Monogramate Christi. *Constantinop. Christiana Tab.* 10.

CONSTANTIVS TR. P. VIII. IX. COS. III.

COSS. Amantius. Albinus. *A.V.C.* 1098. *Christi* 345.

Terra motus ingens Romæ per triduum. Constantius in Mesopotamia Persas in officio continet, & XX. celebrat.

Aur. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA D. D. N. N. AVG. SIS. ✻ Victoria insidens spolijs, dextra Clypeum tenet; in quo SIC. X. SIC. XX., ad pedes Puerulus alatus Clypeum sustinens. *Const. Christ. Tab.* 10.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
VICTORIA CONSTANTINI AVG. S. M. AN. Victoria insidens Thoraci, dextra Clypeum tenet, in quo VOT. X. MVLT. XX., ad pedes Puerulus alatus Clypeum tenens. *ibi dem.*
FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.
✻ GLORIA REIPVBLICAE. Roma vetus, & noua Clypeum tenentes, in quo VOT. XX. MVLT. XXX. infrà S. M. ANT. Δ. *Thes. Theupol.*
CONSTANTIVS AVGVSTVS.
VICTORIAE D. D. N. N. AVGG. Duæ Victoriæ Clypeum tenentes, in quo VOT. XX. MVLT. XXX.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. PERP. AVG.
GLORIA REIPVBLICAE. ⌜S. M. N. Duæ Figuræ tenentes Clypeum, in quo VOT. XX. MVLT. XXX.
⌞CONS. Eodem Typo.
SIRM. Vt superiori Typo.
LSM. N. B. Vt superiori Typo.

Ar. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ GAVDIVM POPVLI ROMANI SIS. ⌜Circà Lauream, in qua SIC. X. SIC. XX. *Constan. Christiana Tab.* 10.
✻ ⌞Circà Lauream, in qua SIC, XX. SIC. XXX. *ibidem.*
D. N. CONSTANTIVS AVG.
VOT. XX. MVLT. XXX. In Corona.
Caput Constantij absque inscriptione.
✻ VOT. XX. In Laurea. *P. Asiaj.*
FL. IVL. CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG.
✻ GAVDIVM POPVLI ROMANI TES. Circum Lauream, in qua SIC. XX. SIC. XXX. *Tristan. Tom.* 3. *f.* 682.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ GAVDIVM ROMANORVM TR. Duo Captiui assidentes Labaro, in quo VOT. XX. MVLT. XXX. *Constantinop. Christian. Tab.* 10.
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VOTIS XX. MVLTIS XXXX. In Laurea, infrà quam LVG. *Const. Christiana Tab.* 11.

Æ. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIAE D. D. AVGG. N. N. E. SIS. Duæ Victoriæ Laureas attollentes dextris, sinistris Palmas gerentes, inter has Palma. *M. N.*
✻ VICTORIAE D. D. AVG. A. N. E. SIS. Typus vt superior. *Num. Fasch.*
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VOT. XX. MVLT. XXX. In Laurea, infrà S. M. ANT. *Const. Christiana Tab.* 11.
VICTORIA CONSTANTIS AVGG. S. M. N. R. Victoria sedens Clypeum tenens, in quo VOT. XX.
Hoc etiam Nummo XX. Constantij ex Constantis Fratres Victoria de Germanis hoc anno reportata indicatur silentibus vbique Historicis.
CONSTANTIVS AVGVSTVS.
VICTORIAE D. D. N. N. AVG. TR. Duæ Victoriæ tenentes Clypeum, in quo VOT. XX. MVLT. XXX.

CONSTANTIVS TR. P. IX. X. COS. IV.

COSS. Constantius Aug. IV. Constans Aug. III. *A.V.C.* 1099. *Christi* 346.

CON-

CONSTANTIVS TR. P. X. XI. COS. IV.

A.V.C. 1100. *Christi* 347. *COSS. Rufinus. Eusebius.*

CONSTANTIVS TR. P. XI. XII. COS. IV.

A.V.C. 1101. *Christi* 348. *COSS. Philippus. Salia.*

CONSTANTIVS TR. P. XII. XIII. COS. IV.

A.V.C. 1102. *Christi* 349. *COSS. Limenius. Catullinus.*

Cum Sapore Persarum Rege male pugnat nimio Militum ardore Constantius.

CONSTANTIVS TR. P. XIII. XIV. COS. IV.

A.V.C. 1103. *Christi* 350. *COSS. Sergius. Nigrinianus.*

Constans à Magnentio occiditur, eius morte audita Constantius Pacem cum Sapore facit, & Constantinopolim reuertitur, & in Illyricum tendens Vetranionem Tyrannum abdicare cogit. XXV. celebrata.

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM S. M. N. ANO. Victoria Barbarum mitratum manibus expansis supergradiens, Trophæum humero sinistro gerens, dextra Clypeum, in quo VOT. XXV.

Ar. D. N. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
VOTIS XXV. MVLT. XXX. S. M. N. In Corona Quercea.

Æ. . . . . . .
✻ VICTORIA AVGVSTORVM S.M.AN. O. Victoria gradiens, dextra Lauream, in qua XXV. sinistra Trophæum, ad pedes Captiuus genuflexus. *Oysel. Tab. 68. n. 9.*

CONSTANTIVS TR. P. XIV. XV. COS. IV.

A.V.C. 1104. *Christi* 351. In Oriente *I. Post Conf. Sergij, & Nigriniani.*

Constantius cum Exercitu Heracleam versus proficiscitur contra Magnentium, cuius Legatos audit, & Constantium Gallum Patruelem Cæsarem declarat, Sorore Constantia in matrimonium collocata.

CONSTANTIVS TR. P. XV. XVI. COS. V.

A.V.C. 1105. *Christi* 352. *COSS.* In Oriente. *Constantius Aug. V. Constantius Gallus Cæs.*

Ad Mursam cum Magnentio pugnat, vincit, & fugat.

Ar. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
T.P.S. Figura Galeata cum Hasta, & Clypeo.
✻ VIRTVS EXERCITVS. P. CON. Figura Galeata, & Paludata, dextra Hastam, sinistra Clypeum. *Constantin. Christiana Tab.* 10.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VIRTVS EXERCITVS P. CON. Eodem Typo ac superior. *ibidem.*

CONSTANTIVS TR. P. XVI. XVII. COS. VI.

A.V.C. 1106. *Christi* 353. *COSS. Constantius Aug. VI. Constantius Gallus Cæs. II.*

Constantius Magnentium in Gallijs iterum vincit, & ad mortem adigit, & Occidentis Imperium Orientali coniungit, Ludosque magnificos agit Arelate.

Ar. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA D.D.N.N. AVG. LVG. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantinop. Christiana Tab.* 10.
Ex loco signati Nummi, scilicet Lugduno, *hoc Nummo Victoriam Constantij de Magnentio reportatam arguere licet.*

Æ. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. Caput Diadematum, pectore Loricato, & Paludato, *in alia* Caput Corona Gemmata.
✻ MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis. *Ind. Pelatio.*
✻ VIRTVS EXERC. Vallum Romanum, cui insistit Figura feminuda, dextra expansa, sinistra Globurn. *Constantinop. Christiana Tab.* 11.
CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVG. N.N. Victoria spolijs insidens Clypeo inscribit VOT. *Patin. Thesauro.*

CONSTANTIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VII.

A.V.C. 1107. *Christi* 354. *COSS. Constantius Aug. VII. Constantius Gallus Cæs. III.*

Constantius contrà Alamannos movens, auditis Galli Cæsaris sceleribus, cum ad se vocatum Polæ Istriæ occidi iubet. Arbetion Magister Equitum cum Alamannis pugnat infeliciter, postea victor eos fugat.

CON-

CONSTANTIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. VII.

COSS. Arbetion. Lollianus. *A.V.C.1108. Christi 355.*

Siluanus Magister peditum in Gallijs rebellat, & AVG. dicitur, paulò post necatur. Iulianus CÆSAR à Constantio dicitur, & Gallia tutela illi committitur. XXX. Constantij soluta, & XXXX. nuncupata.

Aur. D. N. CONSTANTIVS MAX. AVGVSTVS.
GLORIA REIPVBLICAE TR. S. Duæ Victoriæ sedentes, dextris Clypeum tenentes, in quo Corona quercea cum VOT. XXX. MVLT. XXXX. P. CON.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
GLORIA REIPVBLICAE TR. Duæ Figuræ alia Imperatoris, alia Militaris Clypeum tenentes, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX.

✻ VICTORIA AVGVSTORVM CONS. A. Victoria spolijs insidens Clypeum sustinet, in quo VOT. XXXX. ad pedes Puer alatus eundem Clypeum sustinens. *Const. Christian. Tab.* 10.

FL. IVL. CONSTANTIVS *in alys* P. F. PERP. AVG.
Duæ Figuræ tenentes Clypeum, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX. infrà | SIRM. *in alio* SMLVE.

✻ VOT. XXX. MVLT. XXXX. S. N. A. N. N.
✻ VICTORIA AVGVSTORVM CONS. AV. Roma, & Constantinopolis sedentes cum attributis, GLORIA REIPVBLICAE. Clypeum sustinent, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX. *Constantinop. Christiana Tab.* 10.
✻ S. M. N. S. Eodem Typo. *ibidem.*
S. M. ANT. Infrà Lauream, in qua VOT. XXX. MVLT. XXXX. AVG.
S. R. A. M. H. Eodem Typo.
VOT. XXX. MVLT. XXXX. In Clypeo.
VOT. XXX. MVLT. XXXX. S. M. SIS.

Ar. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
GLORIA REIPVBLICAE T. E. S. Duæ Figuræ sedentes sustinentes Clypeum, in quo VOT. XXXX.
VOT. XXX. MVLT. XXXX. In Clypeo. In Corona. SIRM. In Corona.

Æ. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VOT. XXX. MVLT. XXXX. In Laurea, infrà P. CON. *Constan. Christiana Tab.* 11.
✻ VICT. D. D. N. N. AVG. ET CAES. R. Q. Duæ Victoriæ sustinentes Clypeum, in quo VOT. XXX. *M. N.*
FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.
✻ GLORIA REIPVBLICAE TR. Duæ Figuræ altera Galeata, altera Turrito Capite sedentes, secunda dextro pede Rostrum Nauis calcat, & ambo Clypeum tenent, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX. *Oyselˈ Tab.* 22. *n.* 5.

CONSTANTIVS TR. P. XIX. XX. COS. VIII.

COSS. Constantius Aug. VIII. Iulianus Cæsar. *A.V.C.1109. Christi 356.*

Iulianus cum Alamannis confligit, eos vincit, & Pacem petere cogit, Constantius Romam veniens, eam propè Triumphans ingreditur.

Ar. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGVSTORVM N. T. Figura insidens subsellio, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *Constan. Christiana Tab.* 10.
✻ VICTORIA DOMINORVM S. M. N. Victoria gradiens, dextrâ Lauream, sinistra Palmam. *ibidem.*

Æ. .....
✻ ROMA BEATA. *Spanhem. f.* 727.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG. Bustum capite Coronato ex Laurea, & Gemmea Corona; dextra Hastam, & Scutum, in quo decursiones, sinistra Equinum caput demulcens.
✻ MONETA N. VRBIS ROMANAE. Tres Monetæ cum Bilancibus, & Cornucopijs, & Vasibus, ad pedes Nauis cum Remigibus vndis instans. *Strada f.* 183.

CONSTANTIVS TR. P. XX. XXI. COS. IX.

COSS. Constantius Aug. IX. Iulianus Cæsar II. *A.V.C.1110. Christi 357.*

Iulianus de Alamannis insigni Victoria potitur propè Argentoratum.

Æ. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
✻ SALVS REIPVBLICAE N. P. S. C. Figura Militaris, dextra Globum, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*

CONSTANTIVS TR. P. XXI. XXII. COS. IX.

COSS. Titianus. Cerealis. *A.V.C.1111. Christi 358.*

Sarmatas, & Quados debellat Constantius, & SECVNDVS SARMATICVS dicitur, Iulianus Francos, & Alamannos vincit.

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS AVG.
VICTOR OMNIVM GENTIVM TR. Figura ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Clypeum, antè eam plures Figuræ genuflexæ ſublatis manibus.
VICTORIA SARMATICA.
D. N. FL. CONSTANTIVS AVG.
VICTOR. OMNIVM GENTIVM TR. S. Vt ſuperiori Typo. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 10.
D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
VICTOR OMNIVM GENTIVM TR. Imp. ſtans Paludatus, dextra Labarum, ſiniſtra Clypeo innixus, cum tribus alijs Figuris ſupplicibus ad pedes.

Ar. CONSTANTIVS P. F. AVG.
* TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM A. Q. Imp. Paludatus ſtans, dextra Labarum, in quo Monogramma Chriſti, ſiniſtra Haſtam. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 10.
FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
* TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM. SIS. Vt in ſuperiori Typo. *Patin. Theſauro.*

Æ. FL. CL. CONSTANTIVS P. F. AVG.
TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM TR. Imp. Paludatus cum Labaro, in quo Laurea.
D. N. FL. CONSTANTIVS AVG.
* DEBELLATORI GENT. BARBARA. Imp. Eques dextra Lanceam, qua proſtratum Barbarum petit. *Conſtant. Chriſtiana Tab.* 10.

CONSTANTIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. IX.

A.V.C 1112. *Chriſti* 359. *COSS. Euſebius. Hipatius.*

Conſtantius Sarmatas Limigantes fatigat, Iulianus Alemannos.

Æ. D. N. CONSTANTIVS VICT. P. F. AVG.
* VIRTVS AVGVSTI R. Imp. ſiniſtro pede Captivum proculcans, & Victoria eiuſdem capiti à tergo Lauream imponens. *Theſ. Thenpol.*

CONSTANTIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. X.

A.V.C. 1113. *Chriſti* 360. *COSS. Conſtantius Aug. X. Iulianus Caſ. III.*

Iulianus AVG. *in Gallijs dicitur, Conſtantius hinc exardeſcit. Iulianus Francos perimit, & à Chriſtianis deficit.*

CONSTANTIVS TR. P. XXIV. XXV. COS. X.

A.V.C. 1114. *Chriſti* 361. *COSS. Tacitus. Florentius.*

Contra Iulianum proficiſcitur cum Exercitu Conſtantius, & Mopſueſtiæ febre extinguitur III. Non. Octobris. Ex Sigonio.

Æ. DIVO CONSTANTIO OPT. AVG.
* REQVIES. . . . . S. TR. Figura ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Scipionem.

FL. MAXIMA FAVSTINA CONSTANTII AVG. VXOR.

Ex qua moriens Filiam reliquit poſthumam Conſtantiam nomine, quæ cum adoleviſſet Gratiano Aug. nupſit.

FL. MAXIMA FAVSTINA AVG.
* SALVS REIPVBLICAE. Mulier duos geſtans Infantes. *Num. Falch.*

173

CONSTANTIVS GALLVS.

IVliani Apoſtatæ Frater, Cæſar à Conſtantio contra Magnentium mouenti Orienti præpoſitus, generis ſuperbia elatus, atque inſolescentia ætatis proiectus, Antiochiæ tetra, & nefanda flagitia eſt aggreſſus, cum ſua ſponte, tum à Conſtantina Coniuge, Conſtantij Sorore ſtimulatus, qua re audita, Conſtantius eum capitali ſupplicio condemnauit, itaque reuinctis poſt tergum manibus, tanquam latro, capite truncatus eſt, anno ætatis 29. Imperij 4.

FL.

FL. CONSTANTIVS GALLVS *ab Imperatore Fl. Constantio Patruele Cæsar dicitur, & Orienti præficitur, tradita eidem in Vxore Sorore Constantia, Idibus Martij.*

I. Post Conf. Sergij, & Nigriniani. *A.V.C.1104. Christi 351.*

Æ. D.N. CONSTANTIVS GAL. NOB. C. Bustum Capite Lauro, & Gemmis coronato, dextra Pomum.
✻ GLORIA ROMANORVM. Imp. Eques iaculo petens figuram Barbari ab Equo prostrati. *Strada fol. 189.*
✻ LANT. Eodem Typo. *Tristan. Tom. 3. fol. 659.*
Caput absque Inscriptione cum Vitta.
✻ CONSTANTIVS CAES. S. CONS. Victoria sedens, dextra Lauream, sinistra Cornucopię. *M.N.*

CONSTANTIVS GALLVS CAES. AN. II. COS.

COSS. Constantius Aug. V. Constantius Gallus Cæs. *A.V.C.1105. Christi 352.*

CONSTANTIVS GALLVS CAES. AN. III. COS. II.

COSS. Constantius Aug. VI. Constantius Gallus Cæs. II. *A.V.C.1106. Christi 353.*

CONSTANTIVS GALLVS CAES. AN. IIII. COS. III.

COSS. Constantius Aug. VII. Constantius Gallus Cæs. III. *A.V.C.1107. Christi 354.*

Hoc anno ex Oriente accitus Gallus Cæsar in Vrbe Pola Istriæ iussu Augusti occiditur.

Æ. IMP. C. GALLVS P. F. AVG. Mulier stans inter duo animalia, quorum vnum Leo.
FEL. TEMP. REPARATIO. TR. S. Figura insistens Prorę Nauis, dextra Victoriolam, sinistra Labarum, cum alia Figura ad transtra sedente, & Christi Monogrammate.

FL. IVLIA CONSTANTINA

Constantini Magni Filia Galli Cæsaris Vxor.

FL. IVL. CONSTANTINA AVG. *Golzius.*

SILVANVS.

GAllo Cæsare à Constantio occiso, Siluanus Imperator effectus die Imperij XXIIX. à legionibus, à quibus Præfidium seruarat, perimitur, ne quid apud Gallos natura præcipites nouaretur, præsertim Germanis pleraque eorum partium populantibus, fuit ingenio blandissimus, quanquam barbaro Patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus, & patiens.

SILVANVS *Magister Equitum in Gallijs rebellat, & AVG. dicitur, & paulò post occiditur.*

COSS. Arbetion. Lollianus. *A.V.C.1108. Christi 355.*



FL. CL. IVLIANVS, Cognomento APOSTATA.

CONstantinopoli natus, Patre Constantio Constantini M. Fratre, Matre Basilina nobilissima fœmina; forma liberali, ingenioque, & ad literas, & ad arma capessenda satis accommodato: ab Eusebio Episcopo Nicomediæ in Christiana doctrina institutus, palam Christum confessus est; deindè Libanio Rhetori, & Maximo Philosopho, (quem postea Valentinianus vt res magicas exercentem, interfici iussit) traditus, qui prætermissa veritatis cognitione, puerilem animum ad antiquorum incredulitatem flexit; vndè fidem Christi deseruit, & Idolis seruijt. A Constantio Patruele Cæsar factus, cum in expeditione esset aduersus Barbaros, & in quandam ingrederetur Ciuitatem corona laurea, quibus solent Ciuitates ornari, inter columnas pendens, rupto fune, super caput eius decidit, eumque aptissimè coronauit, quod cunctis clamore suo Imperij ei fore signum interpretati sunt. Is Gallijs præpositus in campis Argentoratensibus cum paucis Militibus infinitas hostium copias deleuit, Regemque Chonodomarium cepit, ac postea Alemannorum Regem potentissimum Badomarium. Ro bene in Gallia gesta, hostibus sæpè profligatis, vltraque Rhenum coactis, à Militibus Parisijs Imp. & Augustus salutatus est. Eo Imp. tenente Pop. Romani hostes intra suos terminos fe continuere. Vir erat statura exigua, & gracili, maiestate conspicuus, promissa barba, inter veteres Heroas connumerandus, similis existimatus Tito, vt Frater eius Gallus Domitiano, bellorum successibus comparatus Traiano, moderatione M. Aurelio, literarum studio magnis Philosophis, Christianos impio odio infectatus, à quorum tamen sanguine fertur abstinuisse. Is gloriæ nimis cupidus, arrogans etiam, & plusquam-

Imp.

Imp. decebat, audax, Imperij sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Hierosolymam Templum, quod post multa certamina obsidente Vespasiano, & Tito ægrè est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum dederat Alypio cuidam Antiochensi. Is cum hoc tentaret; metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus irrumpentes fecere locum, exustis aliquoties operantibus in accessum, hocque modo elemento obstinatius repellente, cessauit inceptum. Constantio mortuo, adeptoque toto Imperio, Persis bellum indixit, ac cum ingenti exercitu primum Constantinopolim, & transmisso Bosphoro à Chalcedone Nicomediam peruenit; inde Antiochiam Syriæ, ibi liberalitatis studio parum prudenter certum rerum venalium instituit pretium: quod Antiochenses proclives ad contumelias imprudenter, & libere riserunt, & scommatibus in barbam eius luserunt, quod prolixior ea esset, tonderi eam ad funiculos plectendos oportere dicentes, atque item in nummis eius, qui effigiem Tauri habebant, caudiculi sunt, perinde atq; à præcipit Tauro Mundum ab ipso imperante euerti iactantes. Cum enim supra omnes alios superstitione admodum teneretur, & quotidie Tauros ad simulachrorum Aras macharet, & Aram, & Taurum nummo suo imprimi curauerat. Ad Persas igitur profecturus Antiochia Hierapolim profectus, in Mesopotamiam peruenit, atque hinc traiecto fluminc, ponteque reuulso, ne Militibus redeundi via daretur, ad hostes peruenit: commissa pugna, acceptoque vulnere letali, manu cruore repleta in aerem sanguinem proijciens, *uicisti*, inquit, *tandem Galilæe, uicisti.* Paulatim sanguine vacuus, epota aqua frigida, circa noctis ferè medium interijt, cum Imperasset solus annum vnum, menses septem: Cæsar annos 7. vixit annos 42. Cadauer Tarsum perductum, in suburbana Villa sepultum est, cum hoc Epitaphio.

Rex bonus, & sauis bellator fortis in armis
Iulianus iacet hic ad Cydni fluminis undas,
Dum ferus Euphrates, & Persica tella, cruenti
Martis opus, captosque negatur inire triumphos.

Nazianzenus eum horribiliter mortuum, mox à terra commota, & fluminis emicantibus absorptum scribit.

FL. CL. IVLIANVS CAESAR *dicitur à Constantio Aug. Patruele, & in Gallias mittitur. A. D. VIII. Id. Nouembris.*

A.V.C.1108. Christi 355. *COSS. Arbution. Lollianus.*

Aur. D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C.
SPES REIPVBLICAE XXI. Figura Militaris stans, dextra Globum, sinistra Hastam.

Æ. D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C.
SPES REIPVBLICAE XXI. Figura Paludata stans, dextra Globum, sinistra Hastam.
D. N. CL. IVLIANVS N. C.
✱ SPES REIPVBLICAE CONS. A. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 13.*
D. N. *aly* CL. IVLIANVS NOB. CAES.
✱ Miles Captiuum Equestrem prosternens.
FEL. TEMP. REPARATIO. ✱ ROT. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
✱ PL. C. Eodem Typo. *Constan. Christian. Tab. 13.*
REPARATIO REIP. Figura Captiuum supplantans.
✱ SPES REIPVBLICAE . . . . . Vt superior. *M. N.*

IVLIANVS CAES. AN. II. COS.

A.V.C.1109. Christi 356. *COSS. Constantius Aug. VIII. Iulianus Cæsar.*

Iulianus cum Alamannis confligit, vincit, & Pacem petere cogit.

Æ. FL. CL. IVLIANVS NOB. CAES.
✱ GLORIA ROMANORVM KONS. AV. Duæ Figuræ simul sedentes, altera Imp. Paludati, dextra Globum cum Victoriola, sinistra Scipionem, altera Fortunę Vrbis. *Const. Christiana Tab. 13.*
D. N. CL. IVLIANVS N. C.
✱ VIRTVS CAESARIS R. Imp. Paludatus, dextra Hastam, sinistra Globum, ad pedes hinc indè duo Captiui. *ibidem.*

IVLIANVS CAES. AN. III. COS. II.

A.V.C.1110. Christi 357. *COSS. Constantius Aug. IX. Iulianus Cæs. II.*

Iulianus de Alamannis insigni Victoria potitur propè Argentoratum.

IVLIANVS CAES. AN. IIII. COS. II.

A.V.C.1111. Christi 358. *COSS. Titianus. Cerealis.*

Iulianus Francos, & Alamannos vincit.

Æ. D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C.
VICTORIA D. D. N. N. AVG.

IVLIANVS CAES. AN. V. COS. II.

A.V.C.1112. Christi 359. *COSS. Eusebius. Hipatius.*

Iulianus Alamannos Pralio superat.

Aur. D. N. IVLIANVS NOB. CAESAR.
GLORIA REIPVBLICAE SIS. Duæ Victoriæ tenentes Clypeum, in quo VOT. V. VOT. V. MVLT. X. In Corona, sub qua T. CON.

D. N.

D. N. IVLIANVS NOB. C.
VICTORIAE D. D. N. N. AVG. VOT. V. MVLT. X. In Corona.
Æ. D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C.
VOT. V. MVLT. X. In Corona.
D. N. IVLIANVS NOB. CAES.
✻ VOTIS V. MVLTIS X. In Corona Quercea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 13.

IVLIANVS CAES. AN. VI. COS. III. *Mox* AVG. TR. P.

COSS. Conſtantius Aug. X. Iulianus Caſ. III. *A.V.C.* 1113. *Chriſti* 360.

Iulianus in Gallijs Aug. dicitur, Francos perimit, & à Chriſtianis deficit.

Aur. IMP. C. IVLIANVS P. F. AVG.
✻ LIBERTAS PVBLICA. Libertatis ſtantis Typus cum Stella. *Ex Conſt. Chriſtiana Tab.* 13. *reſt.*
FL. CL. IVLIANVS P. P. AVG.
✻ VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM ANT. A. Imp. Captiuum crinibus apprehenſum dextra ſternit, ſiniſtra Trophæum tenet. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 13.
Ar. D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCIT. SIRM.
D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
✻ VICTORIA ROMANORVM. Duo Captiui aſſidentes Labaro, in quo S. P. Q. R. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 14.
D. N. CL. IVLIANVS SEMP. AVG.
✻ VICTORIA D. D. N. N. AVG. LVG. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 14.
Æ. FL. CL. IVLIANVS P. P. AVG.
MONETA AVG. R. Tres Monetæ cum Bilancibus, & Cornucopijs.
D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
SECVRITATI, ET SP. AVG. Miles.
T. CONSTANTIA.
D. N. IVLIANVS P. F. AVG.
✻ SPEI REIPVBLICAE P. AN. Figura Galeata ſtans, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*

IVLIANVS TR. P. II. COS. III.

COSS. Taurus. Florentius. *A.V.C.* 1114. *Chriſti* 361.

Iulianum contrà Conſtantium cum Exercitu proficiſcitur. Moritur Conſtantius, & Iulianus ſolus imperat.

Ar. D. N. IVLIANVS P. F. AVG. *in quibuſdam* Capite barbato Caſſide cooperto, cum Clypeo, & Telo exerto ad pectus.
VOTIS V. MVLT. X. S. CON. In Corona Quercea.
D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
✻ FIDES EXERCITVVM. Aquila Legionaria erecta in medio duorum Labarorum. *Conſt. Chriſt. Tab.* 14.
Æ. D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
SECVRIT. REIP. CON. ⌜Taurus cum Aquila.
⌞Taurus cum duabus Stellis.
✻ ⌜HERACL. Taurus cum duabus Stellis. *Conſtan. Chriſt. Tab.* 14.
ANT. A. Eodem Typo.
ANTI. Eodem Typo.
✻ T. CONST. Eodem Typo. *Conſtantinop. Chriſtian. Tab.* 14.
✻ LVG. OFF. S. Eodem Typo. *ibidem.*
SECVRITAS REIPVBL. ✻ S. CONST. Taurus cum duabus Stellis, antè quem Ciconia pede ſiniſtro elato. *Triſtan. Tom.* 2 *f.* 725.
✻ B. S. AMP. Taurus cum duabus Stellis. *Oyſel. Tab.* 43. *n.* 4.
CONS. P. A. Taurus cum duabus Stellis.
✻ AQVIL. P. Eodem Typo. *M. N.*
✻ P. CONS. Taurus cum duabus Stellis, antè quem Aquila Lauream roſtro tenens. *M. N.*
SECVRITAS REIPVBLICAE. HERACLEA. Taurus vt ſuperiores.
FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
✻ VOT. V. MVLT. X. In Corona, infrà P. L. V. *Num. Faſch.*
D. N. CL. IVLIANVS AVG.
✻ VOT. V. MVLT. X. In Corona, infrà P. CON. *Num. Faſch.*
✻ FEL. TEMP. REPARATIO. Imp. proſternens Captiuum. *Patin. Ind. f.* 33.
✻ VIRTVS AVG. N. Imp. proſternens Captiuum. *ibidem.*

IVLIANVS TR. P. III. COS. III.

COSS. Mamertinus. Nevita. *A.V.C.* 1115. *Chriſti* 362.

Portum, cum Porticu, & Bibliotheca conſtruit Conſtantinopoli Iulianus. Chriſtianis acerbior factus Gentilium Templa Conſtantinopoli appetit.

Aur. FL. CL. IVLIANVS P. AVG. Caput cum Buſto.
✻ VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM ANT. T. Imp. Captiuum crinibus apprehenſum, dextra ſternit, ſiniſtra Trophæum. *Theſ. Theupol.*

Ar. . . . . . .
* ISIS FARIA. Caput Isidis cum Busto, dextra Sistrum, sinistra Pateram cum frugibus. *Oysel. Tab. 47. n. 5.*

Æ. D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG. *in aliquibus* caput Iuliani cum Chalato sub forma Serapidis.
DEO SERAPIDI. Serapidis, & Isidis capita iugata,
Iuliani effigies.
* SECVRITAS REIPVB. CONST. T. Taurus cum duabus Stellis, *Constantin. Christ. Tab. 14.*
VOTA PVBLICA. Isis Dea, Infantem sinu tenens.
Mulieres duæ aduersæ Aspidibus Coronatæ, Sistrum vna dextra, altera Nauicula præferentes, geminæ præterea inter eas Alæ visuntur.
Latrator Anubis capite Canino, dextra Sistrum, sinistra Caduceum.
* Figura Militaris stans, ambabus manibus Ramos tenens, *M. N.*
* Nauis, in qua Isis Vento Vela dans. *M. N.*
D. N. FL. IVLIANVS P. F. AVG. Bustum Loricatum, capite Laureato, dextra Globum cum Victoria, sinistra Scutum.
* VOTA PVBLICA. Isis cum Loti Flore, & Osiris cum Chalato, in Serpentem desinentes, manibus sustinentes Vas, ex quo erumpit Serpens. *Strada f. 192.*
DEO SERAPIDI. Iuliani caput cum Modio.
* VOTA PVBLICA. Fluuij decumbentis Typus, dextra Cornucopiæ, sinistra Vrnam, ex qua Aquas effundit. *Tristan. Tom. 3. f. 728.*
DEO SERAPIDI. Caput Radiatum,
* Fluuius decumbens. *Patin. Ind. f. 33.*
* Caput Iuliani. *ibidem.*
* Caput Serapidis. *ibidem.*
VOTA PVBLICA. Isidis, & Serapidis capita iugata. *ibidem,*
* Figura stans cum Sistro. *ibidem.*
* Duo Capita Iugata. *ibidem.*
* Isis in Naui, *ibidem,*
* Caput. *ibidem.*
* Figura imposita Animali Lupo simili. *ibidem.*
DEO SERAPIDI. Bina capita iugata, Iuliani, & Helenæ, vnum cum flore Loti, aliud cum Calatho.
* VOTA PVBLICA. Isis Nau insistens, Velum ambabus manibus tenens. *Const. Christ. Tab. 14.*
* Anubis capite Canino, dextra Sistrum, sinistra Vasculum. *ibidem.*
DEO SERAPIDI. Caput vt superiora,
* VOTA PVBLICA. Fluuij decumbentis Typus, *ibidem,*
VOTA PVBLICA. Capita vt superiora,
* VOTA PVBLICA. Anubis capite Canino Paludatus, dextra Sistrum, sinistra Caduceum. *ibidem.*
APOLLONIVS TYANEVS. Caput Iuliani Laureatum.
* APOLLINI SANCTO H. S. M. A. Apollo Radiatus, dextra Pateram, sinistra Lyram. *ibid.*
* GENIO ANTIOCHENI. Figura Muliebris Turrita sedens, sinistra Globum, ad cuius pedes media Figura nuda. *ibidem.*
* STEFAN. NIK. A. Athleta in Quadrigis, dextra flagrum, sinistra Palmam. *ibidem.*
D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
* Currus à duobus Monstris alatis vectus, in quo Isis stans, dextra Sistrum. *Pat. Ind. f. 33.*
* VOTA PVBLICA. Isis insistens Lupo, dextra Sistrum, sinistra Scipionem. *ibidem.*
D. N. FL. IVLIANVS P. F. AVG. Caput Diadematum, cum Busto, dextra Victoriolam Globo insistentem, sinistra Scutum, in quo Lupa cum Gemellis.
* VOTA PVBLICA. Duo Monstra Marina vas sustinent, ex quo erumpit Serpens, *ibidem.*

IVLIANVS TR. P. IV. COS. IV.

COSS. Iulianus Aug. IV. Salustius.

A.V.C.1116, Christi 363. *Vota X. soluta. & XX nuncupata. Constantinopolis terræ motu agitata. Iulianus in Persas mouet, Hyerapolim, Carras, & Circesium primò, posteà in Assyriam peruenit, Tigrique transmisso Ctesiphontem oppugnans telo petitus occubuit VI. Kal. Iul.*

Aur. IVLIANVS AVG.
* VICTORIA ROMANORVM ANT. Victoria Thoraci insidens Scuto inscribit VOT. XX. ad pedes Puer alatus, qui Scutum tenet, *Const. Christian. Tab. 13.*

Ar. D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
VOTIS X. MVLT. XX. * F. CONS.
* CONST. *Num. Fasch.*
TR. B. ROM. *Num. Fasch.*
ANTI. In Corona.
VRPS ROMA. Vt superior.
D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. In Laurea, circa quam S. CONS. *Const. Christiana Tab. 14.*
. . . . . .
* OB VICTORIAM TRIVMPHALEM SIS. Duæ Victoriæ Clypeum sustinentes, in quo VOT. X. MVLT. XX. *Num Arscot. Tab. 67. n. 15.*

Æ, D. N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
VOTIS X. MVLTI XX. ANTI. In Corona.
VRBS ROMA. Vt superior,
* VRBS ROM. T. In Laurea. *Num. Fasch.*
CONST. Vt superior,
VOT. X. MVLT. XX. * CVZIC. T. Vt superior. *Num. Fasch,*
* P. CONST. Eodem Typo. *ibidem.*
* A. SIS. C. Eodem Typo. *ibidem.*

D. N.

D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
* VOTIS X. MVLTI XX. In Laurea, infra { VRB. ROM. B. *M. N.*
* R. * T. Eodem Typo. *M. N.*

D.N. FL. CL. IVLIANVS AVG.
TRIVMPHVS CAESARIS VOT. XX. In Corona.
SECVRITAS REIPVBLICAE T. CONST. Bos cum duabus Stellis, & Aquila.

175

HELENA.

CONstantini M. Filia Constantij Soror, Vxor Iuliani, huic Eusebia Constantij Imperatoris Vxor insidiabatur, quod ipsa sterilis vixerat, quæsitumque venenum per fraudem bibere illexit, vt quotiescumque concepisset, immaturum abjceret partum. Cum in Illyricum Iulianus ad bellum ciuile contra Constantium, quem nunquam ad concordiam venturum sciebat, proficisceretur, illa moritur ex partu, corpus eius Romam perlatum in Suburbio viæ Nomentanæ, vbi antea Constantia Soror posita erat est sepultum.

Aur. HELENA FL. MAX.
Sidus magnum in Laurea. *Tristan. Tom. 3. f. 733.*
Æ. FL. HELENA AVGVSTA.
* SECVRITAS REIPVBLICAE S.M.K. Figura Muliebris stans, dextra Ramum. *Const. Christe Tab. 15.*
* PROVIDENTIAE AVGG. S. AR. Castra Prætoria. *ibidem.*
HELENA AVGVSTA.
* SECVRITAS REIPVBLICAE P. TR. Vt superiori Typo, *ibidem*;
FL. IVL. HELENAE AVG.
* PAX PVBLICA. { TR. S. Figura Muliebris stans, dextra extensa cum Scipione, sinistra Hastam puram. *ibidem.*
* TR. P. Eodem Typo. *ibidem.*
ISIS FARIA. Helena Isidis habitu, dextra Sistrum Capite flore Loti ornato,
* VOTA PVBLICA. { Osiridis simulacrum, dextra elata Capite Modio ornato, *Tristan. Tom. 3. f. 734.*
* Latrator Anubis, dextra Sistrum, sinistra Caduceum. *ibidem*,
* Lilis in Naui. *Patin. Ind. f. 34.*

* PAX PVBLICA. Stans. *Patin. Ind. f. 34.*

176

FLAVIVS IOVIANVS.

Æ. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
REPARATIO REIP. R. { Figura Militaris stans cum Captiuo ad genua procumbente, cui porrigit dextram, sinistra tenet Victoriam, quæ capiti Imp. Lauream imponit.
S. CON. Eodem Typo.
P. CON. Eodem Typo.
✻ REPARATIO REIPVB. { Eodem Typo. *Patin. Ind. f.* 34.
✻ LC. CON. Eodem Typo. *Constan. Christiana Tab.* 18.
✻ FELICITAS PVBLICA I. L, C. I. Figura stans, dextra Victoriolam, à qua Coronatur, sinistra Labarum. *M. N.*
✻ SPES ROMANORVM. Castra. *Patin. Ind. f.* 34.

MAGN. MAXIMVS TR. P. I. II.

*A.V.C.*1137. *Christi* 384. *COSS. Clearcus, Ricimer.*

Pacem cum Theodosio facit Maximus, & Hispaniam occupat.

Ar. D. N. MAGN. MAXIMVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM, ✻ { PR. P. S. Roma sedens capite Cassideo, dextra Globum,
✻ MD. P. S. Eodem Typo. *Constan. Christ. Tab.* 18.
✻ AQ. P. S. Eodem Typo. *M. N.*

Æ. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
✻ RESTITVTOR REIPVBLICAE S. M. TR. Imp. stans, dextra Labarum, cum Christi Monogrammate, sinistra Globum cum Victoria Lauream tenente, *Constan. Christ. Tab.* 18.

MAG. MAXIMVS TR. P. II, III.

*A.V.C.*1138. *Christi* 385. *COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto.*

MAGN. MAX. TR. P. III. IV.

*A.V.C.*1139. *Christi* 386. *COSS. Honorius Nob. Puer. Fl. Eudoxius.*

MAGN. MAXIMVS TR. P. IV. V.

*A.V.C.*1140. *Christi* 387. *COSS. Valentinianus Iun. Aug. III. Fl. Eutropius.*

Maximus relicto in Gallia Victore Filio Cæs. bellum Valentiniano Iuniori mouet. In Italiam cum Exercitu transit, Aquileia occupata Italia, & Africa potitur.

Aur. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM S. M. TR. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantinop. Christiana Tab.* 18.
VICTORIA AVGG. TR. OB. Duo Impp. sedentes Globum dextris sustinentes, quibus à tergò Victoria Laureas imponit. *ibidem.*

Æ. D. N. MAGN. MAXIMVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM A. O. P. S. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Strada f.* 205.
D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. LVC. P. Imp. stans, dextra Globum cum Victoria, sinistra Labarum. *Constan. Christiana Tab.* 18.
✻ VICTORIA AVGG. Imp. stans, dextra Labarum tenens, sinistra Victoriolam Globo impositam. *Patin. Ind. f.* 34.

MAG. MAXIMVS TR. P. V. VI.

*A.V.C.*1141. *Christi* 388. *COSS. Theodosius Aug. II. Cynegius.*

Theodosius cum Magn. Maximo pugnat prope Scissiam, eum vincit, fugientem insequitur. Maximus capitur, & capite plectitur V. Kal. Aug. apud Aquileiam.

FL.

183

FL. VICTOR MAGNI MAX. AVG. F.

MAXIMI Tyranni Filius, adhuc Puer Cæsar à Patre factus, & Galliis præpositus. Post Patris mortem ab Arbogaste Valentiniani Duce in Gallijs victus, & occisus. Eum Augustum dictum fuisse produnt plures Nummi sequentes.

FL. VICTOR *Magni Max. Aug. F.* CÆSAR *dicitur à Patre, A. D. VII. Kal. Septembris.*

COSS. Merobaudes II. Saturninus. — *A.V.C.* 1136. *Christi* 383.

TR. P. accipit à Patre, & Aug. dicitur.

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
SPES ROMANORVM A. N. L. O. P. Castra Prætoria cum Stella.
Æ. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
✱ SPES ROMANORVM S. M. A. Q. S. Castra Prætoria cum Stella, *M. N.*

FL. VICTOR TR. P. I. II.

COSS. Clearcus. Ricimer. — *A.V.C.* 1137. *Christi* 384.

Hispaniarum Dominium obtinent Maximus, & Victor.

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM. { A. V. P. S. Figura sedens, dextra Globum cum Victoriola. A. Q. P. S. Figura sedens, dextra Globum, sinistra Hastam.
✱ M. OBS. Eodem Typo. *M N.*
✱ MD. P. S. Eodem Typo, *Constan. Christiana Tab.* 18.

FL. VICTOR TR. P. II. III.

COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto. — *A.V.C.* 1138. *Christi* 385.

FL. VICTOR TR. P. III. IV.

COSS. Honorius Nob. Puer. Fl. Eudocius. — *A.V.C.* 1139. *Christi* 386.

FL. VICTOR TR. P. IV. V.

COSS. Valentinianus Aug. III. Fl. Eutropius. — *A.V.C.* 1140. *Christi* 387.

Magnus Maximus cum Exercitu in Italiam descendit, Fl. Victori Galliarum Imperio concesso.

Aur. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
BONO REIPVBLICAE NATI { MD. OB. Duæ Figuræ hastatæ sedentes, quarum maior porrigit Globum minori, Victoria intermedia.
✱ LTR. OB. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab.* 18.
Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM A. O. P. S. Victoria dextra Lauream.
Æ. D. N. S. VICTOR P. F. AVG.
✱ VIRTVS PRINCIP. CON. OB. Crux, ad cuius latus A. *Strada fol.* 206.

FL. VICTOR TR. P. V. VI.

COSS. Theodosius Aug. II. Cynegius. — *A.V.C.* 1141. *Christi* 388.

Maximo propè Aquileiam occiso paulò post Fl. Victor in Gallijs victus occiditur ab Argobaste Valentiniani Imp. Duce.

FL.

184

FL. THEODOSIVS MAGNVS.

GEnere Hispanus, Patre Theodosio, Matre Thermantia, originem à Traiano trahens; cui moribus, vultu, & successu rerum similis fuit, huic enim eminens statura, cæsaries magna, ingentes oculi, summa clementia, incredibilis pietas, rei militaris disciplina, fanè inter optimos annumerandus Principes, Remp. Gothicis armis penè oppressam, ex Hispania à Gratiano accitus restituit, Imp. apud Sirmium effectus, Maximum Tyrannum ad Aquileiam extinxit; Valentiniano Imperium asserit, Eugenium Tyrannum, & Arbogastem, in Valentiniani ultionem sustulit. Subactis undique Tyrannis, amplissimo positus triumpho, Re pub. administrationi animum adiecit, Filiosq; imperij Consortes faciens, Arcadium Orienti, Honorium Occidenti præfecit, ipse Mediolani consenuit, vbi in morbum incidens, moriturus dixit, se quidem libenter discedere ex hac vita, defessum, & defatigatum molè Imperij; sed magis sciam esse sollicitum de Ecclesiæ statu, post ipsum, quam de sua vita, scire se Ecclesiam habituram nouos prædones; sicut factum est. Tandem vita defunctus est, vir Christianæ pietatis summus obseruator, anno ætatis 60. Imperij 17. Corpus eius Constantinopolim translatum, ibique sepultum.

FL. THEODOSIVS *à Gratiano* AVG. *A. D. XV. Kal. Febr. dicitur, eique Orientis Imperium committitur.* ex Socrate.

COSS. Ausonius. Olybrius.

*A.V.C.*1132. *Christi* 379. *Alanos, Gothos, & Scythas magnis, multisque præliis vincit Theodosius, & Gothos in amicitiam recipit.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGGG. ✱ { N. *alius* T. CON. OB. Victoria Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Clypeum, in quo VOT. V. MVLT. X. / CON. OB. Roma Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Globum. *Hulsius.*

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
SALVS REIPVBLICAE. Duæ Figuræ sibi inuicem assistentes, in medio Stella.
GLORIA ROMANORVM { CONS. A. Figura Militaris stans, dextra Labarum, sinistra Globum. / S. M. N. A. Eodem Typo. / ANT. A. Eodem Typo.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCITVS. { S. M. H. A. Figura cum Labaro aliam supplantans. / ANT. A. Eodem Typo. / CONS. Eodem Typo.
✱ GLORIA ROMANORVM S. M. N. A. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum. *Const. Christiana Tab. 19.*
D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria gradiens, sinistra Captiuum crinibus trahens.
REPARATIO REIPVB. ✱ { S. H. A. Q. Imp. Laureatus, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, sinistra Globum cum Victoria. / A. SIS. C. Eodem Typo. / S. M. N. L. Eodem Typo. / S. M. R. Q. Eodem Typo. / S. M. R. Eodem Typo. *Ind. Pellegr. Ascanij.* / S. M. A. N. S. Eodem Typo. *M. N.* / M. A. R. Q. Eodem Typo. *M. N.* / P. SIS. C. Eodem Typo. *Strada fol.* 201. / Victoria alata sinistram imponens Capiti alterius Figuræ sedentis, dextra indicat suppositū Christi Monogramma. *Ind. Pellegr. Ascanij.*
VOT. V. MVLT. X.

FL. THEODOSIVS TR. P. I. II. COS.

COSS. Gratianus Aug. V. Theodosius Aug.

*A.V.C.*1133. *Christi* 380. *Theodosius ægrotat, & baptizatur, Gratianus Gothos per Bandonem, & Arbogastem vincit, hinc Theodosius Constantinopolis triumphat.*

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ GLORIA ROMANORVM T. N. R. B. Figura Militaris stans, dextra Labarum, sinistra Globum. *Num. Arscot. Tab. 68. n. 5. 6.*

D. N.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ SALVS REIPVBLICAE ANT. B. ✣. Victoria gradiens, sinistrâ Captiuum trahens. *Const. Christiana Tab. 19.*
✻ REPARATIO REIPVB. T. N. R. B. Imp. Laureatus stans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, sinistra Globum cum Victoria. *Oysel. Tab. 58. n. 9.*
✻ VIRTVS EXERCIT. S. M. K. B. Figura cum Labaro Captiuum supplantans. *Const. Christiana Tab. 19.*
✻ GLORIA ROMANORVM ANT. B. Imp. in Naui cum Victoriola à tergo, & Cruce, in medio Lauca. *Canst. Christiana Tab. 19.*

THEODOSIVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Syagrius. Eucherius. *A.V.C.1134. Christi 381.*

Athanaricus Rex Teruingorum expulsus à suis Constantinopolim venit, à Theodosio benignè excipitur, moritur, & splendidissimè sepellitur, Teruingi Fœdus cum Theodosio ferunt.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
REPARATIO REIPVB. ANT. T. Imp. Laureatus stans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, sinistra Globum cum Victoria.

THEODOSIVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Antonius. Syagrius. *A.V.C.1135. Christi 382.*

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM S. M. H. D. Figura Militaris stans, dextra Labarum, sinistra Globum.

THEODOSIVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Merobaudes II. Saturninus. *A.V.C.1136. Christi 383.*

Arcadium Filium AVG. vocat Theodosius. Gratianus Aug. à Magno Maximo vincitur, & necari iubetur.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGGG. B. CON. OB. S. M. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Victoriolam Globo insistentem, sinistro pede Captiuum calcans. *Const. Christiana Tab. 19.*

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM S. N. B. E. Figura Militaris stans, dextra Labarum, sinistra Globum.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ REPARATIO REIPVB. S. M. R. E. Imp. Laureatus, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, sinistra Globum cum Victoriola. *Num. Fasch.*

THEODOSIVS TR. P. V. VI. COS.

COSS. Clearcus. Ricimer. *A.V.C.1137. Christi 384.*

Theodosio Sapores Persarum Rex, & Mag. Maximus legati de pace missi, hinc Pax vtrisque data. Honorius Theod. Filius nascitur.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA AVGGG. A. Q. P. S. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ Capite Corona Turrita ornato, ad pedes Aquila. *Num. Fasch.*

THEODOSIVS TR. P. VI. VII. COS.

COSS. Arcadius Aug. Col. Bauto. *A.V.C.1138. Christi 385.*

Theodosius Sauas nationes per Legatos suo Imperio subdidit. Marcellin. in Chronico.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ROMANORVM R. P. Imp. dextra Captiuum calcans, sinistra Labarum. *M. N.*

THEODOSIVS TR. P. VII. VIII. COS.

COSS. Honorius Nob. Puer. Eudoxius. *A.V.C.1139. Christi 386.*

Theodosius Gruthungos Scythas Duce Odotheo Rege Istrum transire conantes, prælio nauali deuincit, ac delet, & Constantinopolim victor cum Arcadio ingreditur.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGVSTORVM TR. CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Const. Christiana Tab. 19.*
✻ VIRTVS ROMANORVM TR. P. S. Roma Galeata insidens spolijs, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. VIII. IX. COS.

A.V.C.1140. Christi 387. *COSS. Valentinian. Iun. Aug. III. Fl. Eutropius.*

Theodosius Quinquennalia Arcadij splendidè celebrat Constantinopoli, Valentinianum Iuniorem, & Iustinam Augg. Maximum fugientes, Thessalonicæ bono animo esse subet.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. CON. OB. Roma Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Globum. *Hulsius.*

THEODOSIVS TR. P. IX. X. COS. II.

A.V.C.1141. Christi 388. *COSS. Theodosius Aug. II. Cynegius.*

Theodosius Valentinian. Iun., & Iustinam Thessalonicæ inuisit, Gallam ducit Vxorem, Exercitum contra Maximum parat, cum eo pugnat circa Scissiam, & vincit. Fugientemque profecutus obtruncat VII. Kal. Septembris, Imperiumque Italiæ Valentin. Iun. reddit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGGG. N. Figura Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Clypeum, in quo VOT. X. MVLT. XV.
* CONCORDIA AVGGG. CON. OB. Figura Galeata binis Leonibus insidens, dextra Hastam, sinistra Globum, dextro pede Nauis Rostrum premit. *Const. Christiana Tab. 19.*
VICTORIA AVGGG. [MD CON. OB. Figura Militaris, dextra Labarum, sinistra Victoriolam, Captiuum supplantans.
LA. COM. O. V. S. M. Eodem Typo,

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOTIS X. MVLT. XX.
* CONCORDIA AVGGG. B. CON. OB. Figura Galeata sedens, dextra Spiculum, sinistra Scutum, in quo VOT. X. MVLT. XV. dextro pede Proram Nauis calcans, *Const. Christiana Tab. 19.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOT. X. MVLT. XX.
* VICTORIA AVGGG. S. M. ANT. Duæ Victoriæ stantes se mutuo aspicientes, dextris Laureas, sinistris Palmas. *Const. Christiana Tab. 19.*

THEODOSIVS TR. P. X. XI. COS. II.

A.V.C.1142. Christi 389. *COSS. Fl. Timasius. Fl. Promotus.*

Theodosius cum Honorio Filio Romam adit. Triumphansque ingreditur, distribuit Congiarium, & Ludo magnificentissimè edit, deindè Mediolanum venit.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM MD. P. S. Figura sedens, dextra Globum, sinistra Hastam.
GLORIA ORBIS TERRARVM TES. OB. Figura stans, dextra Labarum, sinistra Crucis signum.
VRBS ROMA. Sedens.

THEODOSIVS TR. P. XI. XII. COS. II.

A.V.C.1143. Christi 390. *COSS. Valentinianus Iun. Aug. IV. Fl. Neotericus.*

Theodosius Paschatis tempore cum ad Templum accessisset à S. Ambrosio à Templo arcetur, mœstusque cum lachrimis recedit.

THEODOSIVS TR. P. XII. XIII. COS. II.

A.V.C.1144. Christi 391. *COSS. Ti. Fl. Titianus. Q. Aurel. Symmachus.*

Theodosius facta Thessalonicensis Cladis pœnitentia à D. Ambrosio Ecclesiæ communioni restituitur, indè Thessalonicam progressus Barbaros plures delet, & Constantinopolim cum Filio redit, variaque spectacula edit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. CON. OB. Figura Turrita sedens, dextra Hastam, sinistra Globum. *Constantin. Christiana Tab. 19.*
* VICTORIA AVG. AQ. OB. Duo Impp. sedentes, dextris Globum retinentes, quibus à tergo Victoria alata instat, *ibidem.*

Æ. * SALVS MILITVM. Imp. trahens Captiuum. *Patin. Ind. f. 34.*
* VICTORIA AVGG. Duæ Victoriæ stantes. *Patin. ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. XIII. XIV. COS. II.

A.V.C.1145. Christi 392. *COSS. Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.*

VALENTINIANVS IVN. AVG. occiditur ab Arbogaste, Eugenius in eius locum AVG. dicitur, Cadaver iussu Theodosij magnificè Sepultura mandatum, Oratoribus Eugenij perplexo dato responso bellum cogitat.

D. N.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGG. G. B. CON. OB. Figura Galeata sedens, dextra Pomum cum Cruce, sinistra Rhabdum.

VICTORIA AVGG, { TR. OB. C. Duæ Figuræ Impp. Theodosij scilicet, & Arcadij Globum tenentes, in quorum medio Victoria. / TH. COG. Eodem Typo. / TES. OBS. Eodem Typo. / CON. Eodem Typo.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA AVGG. TR. P. S. Figura muliebris sedens, dextra Spiculum, sinistra duo Cornucopiæ. *Conſtantin. Chriſtian. Tab. 19.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA AVGG. . . . . Figura sedens, dextra Pomum, sinistra Hastam. *M. N.*

THEODOSIVS TR. P. XIV. XV. COS. III.

COSS. Theodoſius Aug. III. Fl. Abundantius. *A.V.C.1146. Chriſti 393.*

Theodoſius Honorium Filium Aug. dicit IIII. Id. Ianuarij. Eugenius cum Arbogaſte in Italiam deſcendit cum Exercitu, eamque pacificè obtinet, Theodoſius ad bellum ſe parans Diuinum auxilium implorat.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOT. XX. MVLT. XXX. CON. OB. Victoria Crucem tenens.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ROMANORVM ANT. B. Theodosius cum Arcadio, & Honorio Filijs Augg. stantes &c. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 19.*

THEODOSIVS TR. P. XV. XVI. COS. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. *A.V.C.1147. Chriſti 394.*

Theodoſius cum Eugenio pugnat, vincit, capit, obtruncat, Imp. Occidentis accipit, cum Honorio Mediolanum veniens Triumphat de Eugenio. Mox ægrotat, & Teſtamento Arcadio Filio Orientale Imperium, Occidentale verò Honorio relinquit.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ VIRTVS AVGVSTORVM. Imp. Paludatus stans, dextra Hastam, sinistra Scutum. *Conſtan. Chriſtiana Tab. 19.*
✻ Imp. Eques Hostem Lancea sternit, *ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. XVI. XVII. COS. III.

COSS. Fl. Olybrius. Fl. Probinus. *A.V.C.1148. Chriſti 395.*

Theodoſius pauliſper morbo leuatus Ludos Victoria edit Mediolani, & ſequenti die, ſcilicet XVI. Kal. Februarij moritur.

185

AELIA FLACILLA THEODOSII VXOR PRIMA.

THeodosii prima Vxor, religiosissima fœmina, quæ multa pietatis exempla egenis exhibuit: Maritum admonuit ne benefactori ingratus foret. Huius Matronæ castitas, pietas, & beneficentia erga pauperes valdè prædicatur; & in primis hæc memoranda sententia; *Imperio conuenit, vt Aurum id largiatur, ago verò manuum mearum opus pro Imperio ipso, ei quid semel contulit, offero.* Vide *Nicephorum.* Filij Arcadius, & Honorius.

Aur. AEL. FLACILLA AVG.
✻ SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria sedens, dextra Clypeo inscribit Christi Monogramma. *Conſt. Chriſt. Tab. 19.*

Æ. AEL. FLACILLA AVG.
✻ Figura muliebris stolata stans.
SALVS REIPVBLICAE, ✻ { ANT. C. Eodem Typo; *ind. Pellegrini Aſcanij.* / S. M. K. T. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab. 19.* / S. M. N. A. Figura muliebris stolata gradiens. / ✻ S. M. N. A. Figura muliebris stolata gradiens, hinc Stella, illinc Crux. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 19.*

CON-

SALVS REIPVBLICAE.
* CON. Q. Figura sedens, inscribens Clypeo trunco Palmæ impositō Christi Monogramma. *Ex Occo. Tab. 79. n. 3. vers.*
* T. S. A. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 19.*
* ALEX. Figura mulieb. stolata manus elevans. *Strada fol. 202.*
* ANT. I. Eodem Typo. *Musæi Basseti.*
* CON. OBS. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
* CON. S. Victoria sedens, Clypeo inscribens Christi Monogramma. *Num. Fasch.*
* T. E. S. Δ. Eodem Typo. *ibidem.*

186

GALLA PLACIDIA THEODOSII VXOR SECVNDA.

SEnioris Valentiniani ex Iustina Filia, Valentiniani Iun. ex vtraque parente Soror, formosissima Virgo, occiso à Magno Maximo Gratiano, Fratre cum Tyrannus Italiam, & Africam suo Imperio subdidisset, Valentinianus, Iun. cum Iustina Matre, & Galla Sorore Thessalonicam fugiens, petijt, cumque à Theodosio (cui iam mortua erat Flacilla Vxor) inuisceretur, peteretque Valentinianus Bellum contra Tyrannum decerni, cunctaretque Theodosius Iustina Gallam produxit, orantem vnius Fratris necem vlciscereturi, imperiumque alteri restitueretur. Captus forma Virginis Theodosius Matrimonium ejusdem ambijt, quod à Iustina ea conditione obtinuit, vt bellum contra Maximum statim susciperetur Anno Christi 388., quod & factum est, & nuptiæ secutæ tandem, Gallaque in puerperio decessit A. V. C. 1147. Christi 394.

Aur. D. N. GALLA PLACIDIA AVG.
* SALVS REIPVBLICAE R. V. CON. OB. Victoria insidens Thoraci, Clypeo inscribit Christi Monogramma. *Const. Christiana Tab. 21.*
* VOT. XX. MVLT. XXX. R. V. CON. OB. Victoria alata stans, dextra Crucem longam. *ibid.*

Æ. D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AVG.
* PVDICITIA AVG. S. C. Figura sedens Peplo velans faciem dextra, sinistra Hastam puram. *ibidem.*
* VICTORIA AVGGG. R. V. CON. OB. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum cum Victoria, pede sinistro Captiuum calcans. *ibidem.*

187



EVGENIVS.

VAlentiniano dolo Arbogastis Viennæ Allobr. strangulato, Arbogasto confisus Eugenius Imp. arripuit. Huic totus Occidens, qui in Valentiniani potestate fuit paruisse videtur. Hunc ad flumen Frigidum Diuinis vsus auxilijs Theodosius Imperio delecit, & vita priuauit.

FL. EVGENIVS, *Valentiniano Iun. Aug. fraude Arbogastis occiso Occidentis Imperium inuadit*, AVG. *dicitur* TR. P. *ab eodem Arbogaste accepta Sabbato ante Pentecostem.* *A. V. C.* 1145. *Christi* 392.

A.V.C. 1145. *Christi* 392.

COSS. Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.

Oratores ad Theodosium de pace mittit Eugenius, qui dubio responso recedunt, Arbogastes Bructeros Rheno transmisso populatur.

Ar/ D. N. EVGENIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM. Figura mulieb. sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.

Æ. IMP. EVGENIVS P. F. AVG.
* SAPIENTIA PRINCIPIS. *Ant. Augustin. Dialog.*
* VIRTVS ROMANORVM CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Const. Christiana Tab. 19.*

EV-

EVGENIVS TR. P. I. II.

COSS. Theodosius Aug. III. Fl. Abundantius. *A.V.C.1146. Christi 393.*

Cum Germanis Fœdera renouat Eugenius, postea in Italiam descendit, & Mediolanum veniens reliqua illi se dedidit Italia.

Aur. D. N. EVGENIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM ✱ ⌜TR. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam.
⌞CON. TR. Eodem Typo. *Const. Christian. Tab. 19.*
✱ VICTORIA AVGG. C. CON. Duæ Figuræ sedentes, dextris Globos tenentes, quibus Victoria Lauream imponit. *Strada fol. 207.*

Ar. D. N. EVGENIVS P. F. AVG.
VRBS ROMA. ✱ ⌜LVC. E. S. Roma sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.
⌞LVC. P. S. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 19.*
✱ Eodem Typo. *Patin. Thesauro.*

EVGENIVS TR. P. II. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. *A.V.C.1147. Christi 394.*

Theodosius cum Exercitu contra Eugenium in Pannoniam iter intendit, Eugenius propè Aquileiam Castra metatur, Theodosius superatis Alpibus cum Eugenio pugnat, & vincit, Eugenius capitur, & capite truncatur A. D. VIII. Idibus Septembris.

185

FL. ARCADIVS.

THeodosij F. consors Imperij Patris, Orienti præficitur, Tutore Rufino, qui spe potiundi Imperij missis muneribus Alaricum Regem Gothorum contra Arcadium sollicitat, sed comperta proditione medio conatu ab Italicis Militibus interficitur, vt & Caina, vel Cainas comes, & imitator Rufini, qui contra Arcadium bellum ciuile mouerat, Constantinopolimque ferro, & flamma vastauerat. Arcadius cum Byzantij ferè 26. annis regnasset, obijt ætatis anno 31. relicto Filio Theodosio, & 4. Filiabus, Placilla, Pulcheria vxore Marciani Imp., Arcadia, & Marina.

FL. ARCADIVS *Theod. Aug. F.* AVG. *ducitur à Patre* TR. P. *accepta A. D. XII. Kal. Februarij.*

COSS. Merobaudes II. Saturninus. *A.V.C.1136. Christi 383.*

Aur. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGGGG. ✱ ⌜Δ. CON. OB. Figura galeata sedens, dextra Rhabdum, sinistra Globum.
Z. CON. OB. Figura galeata insidens binis Leonibus, dextra laculum, sinistra Globum, dextro pede Proram Nauis premit.
⌞*Constantinop. Christiana Tab. 19.*

Fortè his Nummis concordia Gratiani, Valentiniani Iunioris, Theodosij, & Arcadij omnium hoc anno Augustorum designatur. Quatuor enim AVGG. *Nummo exprimuntur.*

ARCADIVS TR. P. I. II.

COSS. Clearchus, Ricimer. *A.V.C.1137. Christi 384.*

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM. ✱ ⌜ANT. B. Imp. Paludatus stans, dextra Labarum, sinistra Globum.
Constan. Christ. Tab. 19.
✱ ⌞S. M. AQ. Imp. Galeatus, dextra etiibus Captiuũ trahens. *ibid.*

ARCADIVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto. *A.V.C.1138. Christi 385.*

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
✱ GLORIA ROMANORVM. ⌜Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum. *Const. Christ. Tab. 19.*

* ANT. T. Tres Figuræ Militares, dextris Haſtas tenentes, ſiniſtris
GLORIA ROMANORVM. Clypeis nixæ, quarum media alijs minor eſt. *Conſt. Chriſt. Tab.* 20.
* Eodem Typo, ſed cum aliqua diuerſitate. *Patin. Ind. fol.* 34.

ARCADIVS TR. P. III. IV. COS.

A.V.C. 1139. *Chriſti* 386. *COSS. Honorius Nob. Puer. Fl. Eudoxius.*

Cum Patre Theodoſio victor Conſtantinopolim ingreditur, Arcadius AVG. *poſt Scythas Grotungos deuictos.*

Aur. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream.
S. M. Eodem Typo.
VICTORIA AVGGG. D. M. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam tenens, ſiniſtro pede Captiuum conculcans.
* A.S.M. CON. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.
* LMD. COM. OB. Eodem Typo. *ibidem.*

Æ. D. N. ARCADIVS P.F. AVG. *In Tertio* Buſtum Corona gemmata, cui in aere manus Lauream impo-nere videtur, dextra laculum, ſiniſtra Clypeum.
* VICTORIA AVGGG. N. T. CON. Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Ind. Pellegr. Alcanh.*
* SALVS REIPVBLICAE. A.Q.R. Victoria gradiens, dextra Captiuum crinibus trahens. *M.N.*
* Monogramma Chriſti. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.
* GLORIA ROMANORVM S. M. N. A. Imp. ſtans, dextra Labarum cum Chriſti Monogrammate, ſiniſtra Scutum cum Captiuo ad pedes genuflexo religatis manibus. *Strada fol.* 203.

ARCADIVS TR. P. IV. V. COS.

A.V.C. 1140. *Chriſti* 387. *COSS. Valentinian. Iun. Aug. III. Fl. Eutropius.*

Quinquennalia Arcadij ſplendidè celebrata.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VOT. V. In Laurea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIVS TR. P. V. VI. COS.

A.V.C. 1141. *Chriſti* 388. *COSS. Theodoſius Aug. II. Cynegius.*

Maximus Tyrannus victus, & occiſus à Theodoſio.

ARCADIVS TR. P. VI. VII. COS.

A.V.C. 1142. *Chriſti* 389. *COSS. Fl. Timaſius. Fl. Promotus.*

ARCADIVS TR. P. VII. VIII. COS.

A.V.C. 1143. *Chriſti* 390. *COSS. Valentinianus Iun. IV. Fl. Neotericus.*

ARCADIVS TR. P. VIII. IX. COS.

A.V.C. 1144. *Chriſti* 391. *COSS. Ti. Fabius Titianus. Q. Aurel. Simmachus.*

Plures Barbaros delet Theodoſius.

Ar. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM. MD. P. S. Imp. ſedens habitu Militari, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VIRTVS ROMANORVM. ANT. Imp. Paludatus, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, à Victoria alata, ſiniſtra Palmam tenente, dextra Coronatur. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIVS TR. P. IX. X. COS. II.

A.V.C. 1145. *Chriſti* 392. *COSS. Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.*

Valentinianus Iun. occiditur.

Ar. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
VOTIS X. MVLTIS XX. In Laurea.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. In Laurea, *infra* CONS. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIVS TR. P. X. XI. COS. II.

A.V.C. 1146. *Chriſti* 393. *COSS. Theodoſius Aug. III. Fl. Abundantius.*

Honorius AVG. *dicitur.*

D. N.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.

GLORIA ROMANORVM. * S. M. A. P. Duo Milites Galeati cum Clypeis. *Ind. Pellegr. Ascany.*
ANT. S. Imp. ſtans, dextra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ſiniſtra Scutum cum Captiuo ad pedes. *Conſt. Chriſt. Tab.* 20.

ARCADIVS TR. P. XI. XII. COS. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. *A.V.C.1147. Chriſti 394.*

Theodoſius cum Eugenio pugnat, & vincit, Ægrotat, & Teſtamento Arcadio Imp. Orientis relinquit.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VRBS ROMA FELIX S. M. ROM. Figura Galeata ſtans, dextra Trophæum, ſiniſtra Globum cum Victoria, quæ Imp. Coronat. *M. N.*

. . . . . .
* VRBS ROMA. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam. *Patin. Ind. f.* 34.

ARCADIVS TR. P. XII. XIII. COS. III.

COSS. Olybrius. Probinus. *A.V.C.1148. Chriſti 395.*

Theodoſius Aug. moritur, & Arcadius ſolus Orienti Imperat. Alaricus Gothorum Rex à Rufino euocatus Graciam, & Macedoniam diripit. Rufinus quondam Arcady Tutor, ab Exercitu capite plectitur, cui Eutropius ſuccedit.

Aur. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.

CONCORDIA AVGG. CON. OB. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum.
Figura Galeata ſedens, dextra Rhabdum, ſiniſtra Globum, cui inſiſtit Victoria dextra Lauream tenens.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVG. CON. OB. Imp. Galeatus, & Paludatus ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 19.

CONCORDIA AVGG. CON. OB. Cum Figura Equeſtri.
TEST. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum.
CONS. A. Eodem Typo.
S. M. N. B. Eodem Typo.
S. N. H. T. Eodem Typo.

CONCORDIA EXERCITVS. Duæ Figuræ Militares ſtantes.

ARCADIVS TR. P. XIII. XIV. COS. IV.

COSS. Arcadius Aug. IV. Honorius Aug. III. *A.V.C.1149. Chriſti 396.*

Atalaricus Epiro egreſſus denuò Graciam populatur.

ARCADIVS TR. P. XIV. XV. COS. IV.

COSS. Ceſarius. Atticus. *A.V.C.1150. Chriſti 397.*

Flacilla Filia Arcadio naſcitur. Alaricus crudelis in Epirum, & Graciam ſæuit.

ARCADIVS TR. P. XV. XVI. COS. IV.

COSS. Honorius Aug. IV. Eutychianus. *A.V.C.1151. Chriſti 398.*

ARCADIVS TR. P. XVI. XVII. COS. IV.

COSS. Theodorus. Eutropius. *A.V.C.1152. Chriſti 399.*

Eutropius ſpoliatur, & in exilium mittitur. Pulcheria altera Filia Arcadio naſcitur.

ARCADIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. IV.

COSS. Fl. Stilico. Fl. Aurelianus. *A.V.C.1153. Chriſti 400.*

ARCADIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. IV.

COSS. Ragonius Vincentius Celſus. Fl. Tranuita. *A.V.C.1154. Chriſti 401.*

Theodoſius Filius Arcadio naſcitur. Baptizatur, & Aug. dicitur.

ARCADIVS TR. P. XIX. XX. COS. V.

COSS. Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V. *A.V.C.1155. Chriſti 402.*

Gothos in Italiam irruentes reprimit Honorius.

FL.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VIRTVS EXERCITVS CONST. Imp. dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum à Victoria Coronatur.
M N.
* VIRTVS EXERCITI. Imp. calcans Captiuum. *Parin. Ind. f.* 34.
* ⌜ANT. R. Imp. Captiuum calcans ſiniſtro pede, dextra Labarum cum
VIRTVS EXERCITVS. ⌊ Chriſti Monogrammate, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Hulſius.*
* ⌊ANT. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIVS TR. P. XX. XXI. COS. V.

*A.V.C.*1156. *Chriſti* 403. *COSS. Theodoſius Iun. Aug. Fl. Rumoridus.*

. . . . . .
* NOVA SPES REIPVBLICAE CON. OB. Victoria inſidens Thoraci, ſiniſtra Clypeum ſuſtinet, in quo dextra ſcribit XX. *Oyſel. Tab.* 54. *n.* 12.
X.
XXX.

ARCADIVS TR. P. XXI. XXII. COS. V.

*A.V.C.*1157. *Chriſti* 404. *COSS. Honorius Aug. VI. Fl. Ariſtaenetus.*

ARCADIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. V.

*A.V.C.*1158. *Chriſti* 405. *COSS. Stilico II. Fl. Anthemius.*

Eudoxia Arcadij Vxor moritur.

ARCADIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. VI.

*A.V.C.*1159. *Chriſti* 406. *COSS. Arcadius Aug. VI. Sex. Anic. Petron. Probus.*

ARCADIVS TR. P. XXIV. XXV. COS. VI.

*A.V.C.*1160. *Chriſti* 407. *COSS. Honorius Aug. VII. Theodoſius Iun. Aug. II.*

ARCADIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. VI.

*A.V.C.*1161. *Chriſti* 408. *COSS. Anicius Baſſus. Fl. Philippus.*

Hoc anno A. D. Kal. Martij Arcadius Aug. mortuus eſt.

189

AELIA EVDOXIA ARCADII AVG. VXOR.

FL. Bautonis Nobilis Galli Filia, quam & Auguſtum renunciauit, & Diademate donauit Arcadius Anno Chriſti 400. Obiit ex Puerperio (quinque Filijs relictis) Anno Chriſti 404. VI. Octobris, tertio menſe poſtquam D. 10. Chryſoſtomum exilio mulctauit.

Aur. AEL. EVDOXIA AVG. Caput fœmineum, cui in aere manus Lauream imponit.
* SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria Thoraci inſidens Clypeo Columnæ impoſito, inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.
AEL. EVDOXIA AVG.
* CON. OB. Crux in Laurea cum Stella. *Stradafol.* 204.
Æ. AEL. EVDOXIA AVG. Caput fœmineum, vt in Aureo.
* SALVS REIPVBLICAE ANT. T. Victoria Thoraci inſidens, Clypeo Columnæ impoſito, inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20
⌜ANT. A. ✤. Figura muliebris ſtolata ſedens, cui manus in aere
* GLORIA ROMANORVM. ⌊ pendens Lauream imponit. *ibidem.*
* ⌊CON. Eodem Typo. *ibidem.*

D. N.

190

FL. HONORIVS.

THeodosij F. Imperij consors, Occidenti præficitur, Tutore Stilicone. Is Romæ agens, Gildonem Africæ Regnum adeptum, & ætatem Imperatoris spernentem, seipsumque Imp. constituentem, Fratris Mazesceli ductu superauit, & interfecit; eumdemque Mazesceelem rebellantem, auxilio Bonifacij vicit. Stilico Vandalus, Honorij Socer, Filio suo Regnum parare cupiens, Sueuos, Vandalos, & Alemannos spe præde sollicitauit, & in Honorium mouit, qui repulsi sunt Rege Rhadagaso capto, & strangulato, cui Attalaricus Rex suffectus, & Imperio potitus, concessa suis Gallia ab Honorio ad habitandum, à Stilicone fraude petitus, Romam, ac totam Italiam diripuit. Placidiam abduxit, & Ataulpho propinquo suo in vxorem dedit. Honorius consortem Imperij accepit Fl. Constantium Magistrum Militiæ, ingentis animi virum, & in rebus gerendis clarissimum, cui Sororem Placidiam remissam desponsauit. Is Tyrannos, Gratianum in Britannia, Constantinum cum Filio Constante in Gallijs sustulit: Barbarorum impetus, qui Gallias, Hispanias, & Britanniam infestabant, domuit; sed immatura morte sublatus, imperauit 7. mensibus duntaxat. Honorius haud ita multo post, cum regnasset annos 31. cum Patre duos, cum Fratre tredecim, cum Fratris Filio sexdecim, aqua inter eutem laborans, decessit, nulla superstite prole; anno V.C. 1176. Christi 423. IV. Kal. Septembris, vt vult *Olimpiodorus* anno ætatis 43. Imperij post Patris excessum 29. Decimo Imperij sui anno Romæ Ludos Sæculares fecit, remotis dæmonum sacrificijs, solis tantùm Circensibus, & Thessalibus Ludis, qui ad ea vsque tempora perduarauerant, concessis, sexto suo Consulatu A. V. C. 1157. Christi 404. ducentesimo anno post quam à Seuero editi fuerant, Ludorum Philippi ratione neglecta.

FL. HONORIVS, *Theodosij Aug. F. iam* COS. *à Patre* AVG. *dicitur* TR. P. *concessa A. D. IIII. Id. Ianuarij.*

COSS. Theodosius Aug. III. Fl. Abundantius. *A.V.C. 1146. Christi 393.*

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM. ANT. A. Figura Militaris, dextra Labarum, sinistra Globum. CONS. I. Eodem Typo. S. A. M. N. T. Eodem Typo. M. N. T. Eodem Typo. ANT. A. Tres Militares Figuræ stantes, quarum media alijs minor est. *Ind. Pellegr. Ascanij.*

HONORIVS TR. P. I. II. COS. II.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. *A.V.C. 1147. Christi 394.*

Honorius Mediolani cum Patre triumphat de Eugenio Tyranno.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. CON. OB. Figura Militaris stans, sinistra Victoriolam, dextra Labarum, Captiuum supplantans.
✻ MD. COM. OB. Eodem Typo. *Constantin. Christian. Tab. 20.*

Ar. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. R. M. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constant. Christiana Tab. 20.*

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM ANT. B. Tres Milites Galeati, Hastati, & Clypeati stantes, quorum medius alijs minor est. *Const. Christiana Tab. 20.*

HONORIVS TR. P. II. III. COS. II.

COSS. Olybrius. Probinus. *A.V.C. 1148. Christi 395.*

Theodosio Aug. morino Honorius Occidentale Imperium ex Testamento Patris tenet. Stilico in Rhetiam profectus, Francos, Sueuos, & Alamannos Pacem cogit petere; mox contra Alaricum Gothorum Regem profectus in Illyricum literis Arcadij expeditionem deserit.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGG. II. CON. OB. Figura sedens, dextra Rhabdum, sinistra Victoriolam.
D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA AVGG. ANT. Roma sedens Hastam sinistra, Globum dextra tenens, cum Victoriola, à qua Coronatur. *Const. Christiana Tab. 20.*

HONORIVS TR. P, III. IV. COS, III,

A.V.C.1149. Christi 396. COSS. Arcadius Aug. IV. Honorius Aug. III.

Gildo Africam occupat; Honorius Mediolani Spectacula populo exhibet,

Æ, D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ROMANORVM ANT. Δ. Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Globum. Const. Christiana Tab. 20.

HONORIVS TR. P, IV. V, COS. III,

A.V.C.1150. Christi 397. COSS. Cæsarius. Atticus.

Honorius Romam adit, Gildo Hostis indicatur. Mazesceli eius Fratri Exercitus datur ad bellum gerendum. Honorius Mediolanum redit.

HONORIVS TR. P, V. VI. COS. IV,

A.V.C.1151. Christi 398. COSS. Honorius Aug. IV. Eutychianus.

Honorius Maria Stiliconis Filia nubit; Mazesceli Gildonem Fratrem ingenti Victoria vincit, Gildo occisus, & Africa recepta; Triumphus Honorio decretus.

Æ, D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCIT. Victoria Imperatori Lauream imponens.
✻ Duæ Figuræ. Patin. Ind. fol. 34.
VIRTVS EXERCITVS, ✻ ANT. P. Imp. stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum, à Victoria stante coronatur. Const. Christiana Tab. 20.

HONORIVS TR. P, VI. VII. COS. IV.

A.V.C.1152. Christi 399. COSS. Theodorus. Eutropius.

Honorius Venetia oppida peragrat.

HONORIVS TR. P. VII. VIII. COS. IV.

A.V.C.1153. Christi 400. COSS. Fl. Stilico. Fl. Aurelianus.

Gothi Rege Alarico Duce Dalmatiam, & Pannoniam diripiunt, contra quos Honorius bellum parat.

HONORIVS TR. P, VIII. IX. COS. IV.

A.V.C.1154. Christi 401. COSS. Vincentius Celsus. Fl. Tranuita.

Alaricus superatis Alpibus Noricis Venetiarum Vrbes capit, & diripit, mox Honorium Hasta obsidet.

HONORIVS TR. P. IX. X. COS. V.

A.V.C.1155. Christi 402. COSS. Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V.

Stilico Rhætos in fide continet, Exercitum reducit, & cum subsidio ad Honorium Hasta obsessum redit, Exercitum educit, cum Gothis pugnat ad Pollentiam, & vincit, Captivos recipit, & Gothorum Castra spoliat: mox cum Alarico Fœdus percutitur, cui non stat Alaricus, iterum pugnatur propè Veronam, & Gothi vincuntur.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. ✻ R. V. / R. M. / N. D. / MD. / Δ. R. V. / Δ. S. H. } COM. OB.

VICTORIA AVGVSTORVM COM. Victoria gradiens, dextra Scutum, sinistra Globum cum Cruce.

Æ, D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM COM. Victoria gradiens, dextra Scutum, sinistra Globum cum Cruce.

HONORIVS TR. P. X. XI. COS. V.

A.V.C.1156. Christi 403. COSS. Theodosius Iun. Aug. Fl. Rumoridus.

Legati Romanorum Honorium Aquileiæ degentem ad Triumphum Romæ inuitant.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ROMANORVM CON. OB. ✠ Currus Triumphalis à Sciugibus tractus, in quo Imp. radiatus dextra elata, sinistra Globum. Strada fol. 208.

HO-

HONORIVS TR. P. XI. XII. COS. VI.

COSS. Honorius Aug. VI. Fl. Aristaenetus. *A.V.C.1157. Christi 404.*

Honorius Cos. VI. procedens Triumphans cum Stilicone Vrbem ingreditur, Decennalia soluit, Ludos Saeculares celebrat. Stilico Pacem cum Alarico facit. Radagaisus Scytha Exercitum ducentorum millium Barbarorum parat, vt Italiam vastet. Honorius Rauennam se confert, vt Hostes contundat, & Exercitum parat.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. CONS. In Laurea. *M. N.*

TRIVMFATOR GENT. BARB. { Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum, ad cuius pedes Captiuus manibus post terga reuinctis.
* K. A. D. P. S. Eodem Typo. *Hulsius.*

* TRIVMFATOR GENT. BARBAR. Eodem Typo. *Spanhemius fol. 81.*

. . . . . .
SPECIOSVS, DIGNVS EVGENIVS ACHILLES, SYDEREVS, Athletæ Victores cum Corona, & Palma. *Ex Thesauro Regio CHRISTINÆ Suecorum AVGVSTÆ Spanhemius fol. 854. qui Nummum refert ad Ludos Saeculares ab Honorio exhibitos.*

HONORIVS TR. P. XII. XIII. COS. VI.

COSS. Stilico II. Fl. Anthemius. *A.V.C.1158. Christi 405.*

Radagaisus superatis Alpibus Iulijs cum Exercitu formidabili Venetam Regionem populatus Romam versus pregreditur, Florentiam resistentem obsidet, Stilico cum Exercitu aduenit, & pugnans plusquam 100. M. Barbarorum sternit, Radagaisus in collem Faesularum cum reliquo Exercitu secessit, vbi a Stilicone obsidetur. Capitur, & cum Filijs necatur, Barbari se dedant, & vt pecorum greges venundantur.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* GLORIA ROMANORVM RVP. S. Figura Galeata sedens, dextra Globum, sinistra Hastam. *Constan. Christiana Tab. 20.*

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* SALVS REIPVBLICAE A. Q. S. Figura gradiens Captiuum crinibus trahens. *M. N.*

HONORIVS TR. P. XIII. XIV. COS. VI.

COSS. Arcadius Aug. VI. Sex. Anic. Petron. Probus. *A.V.C. 1159. Christi 406.*

Gadigislus Rex Vandalorum ex Scythia cum Vandalis, & Alanis egressus per Sarmatiam in Germaniam transit, eam vsque ad Rhenum populatur, a Francis transitu Rheni frustra arcetur.

HONORIVS TR. P. XIV. XV. COS. VII.

COSS. Honorius Aug. VII. Theodosius Iun. Aug. II. *A.V.C.1160. Christi 407.*

Vandali Galliae Prid. Kal. Ian. penetrant, & proximas Rheno Prouincias ingressi late Victoriam exercent. In Britannia Exercitus primo MARCVM IMP. *creat, mox occidunt, post* GRATIANVM, *quo extincto* CONSTANTINVM *nomine* AVG. *dicunt, qui Oceano transmisso in Galliam impetum facit. Milites que qui apud Celtas, & Aquitanos erant ad se traducit. Honorius Romam venit, vbi & Stilico, qui Sarum cum Firmo Exercitu in Galliam contra Constantinum destinat.*

HONORIVS TR. P. XV. XVI. COS. VII.

COSS. Anicius Bassus. Fl. Philippus. *A.V.C.1161. Christi 408.*

Vandali Aquitaniam, cum Nouempopulana Lugdunensi, & Narbonensi Prouincia vastant. Sarus Honory Dux Iustinianum Constantini Ducem vincit, & Constantinum Valentia obsidet, sed Geronty metu soluta obsidione in Italiam reddit: Constantinus Rhenum contra Romanos praesidijs occupat, & Constantem Filium ex Monacho Caesarem factum, in Hispaniam mittit, qui Prouinciam occupat, & Honory propinquos capit, & subinde necat. Honorius Thermantiam defuncta Maria Vxoris Sororem sibi desponsat; Alaricus in Noricum venit, Pacem cum Honorio pecunia accepta firmat, sed a Norico non recedit. Arcadius moritur. Stilico Constantinopolim ire tentat cum Exercitu, Olympius, Stiliconis proditionem exultat, Honorius Ticini Exercitum lustrans cum tumultuantem vix sedat. Stilico Rauenna ab Exercitu capitur, & capite plectitur. Thermantia ad Matrem remittitur. Alaricus Pacem petit, nec ab Honorio audtur.

HONORIVS TR. P. XVI. XVII. COS. VIII.

COSS. Honorius Aug. VIII. Theod. Iun. Aug. III. *A.V.C.1162. Christi 409.*

Alaricus in Italiam descendit, iterum Pacem petit ab Honorio, nec obtinet, Romam obsidet, mox recepto ingenti Auri, & Argenti pondere recedit. Constantinus Pacem petit, & obtinet cum Aug. titulo. Ataulphum armis premit Honorius seditionem militarem Rauennae comprimit. Alaricus Pacem postulat, nec conceditur, hinc Romam pergit, eam obsidet Vrbi deditur.

ditur. Atalus AVG. *dicitur ab Alarico, cum quo ad Honorium obsidendum Rauennam petens Legatos Honorij Arimini audit.* MAXIMVS *Imp. dicitur contra Constantinum in Hispania. Honorius Francos irrumpentes, & Britannos deficientes passitur.*

HONORIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VIII.

A.V.C. 1163. *Christi* 410. *COSS. Fl. Varani. Fl Tertullus.*

Pacem cum Alarico firmat. Honorius, & Atalus Insignibus Augustalibus exuitur. Pax à Saro turbatur, Alaricus Romam per fraudem capit, & populatur: Atalus iterum AVG. *dicitur, & spoliatur. Alaricus tertia die recedit. Placidiam Honorij Sororem secum ducens. Italiam omnem populatur.* CONSTANTINVS *Filium ex Cæsare* AVG. *creat.*

HONORIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. VIII.

A.V.C. 1164. *Christi* 411. *COSS. Theodosius Aug. IV. sine Collega.*

Alaricus moritur, & Attaulphus Regnum suscipit, Placidiamque Vxorem ducit, Roma parcit. Constantinus Galliæ Tyrannus à Constantio Honorij Duce capitur, & iussu eiusdem interficitur. IOVINVS *in Galliis Tyrannus Constantino succedit, & à Constantio extinguitur. Honorius Pacem cum Hunnis facit.*

HONORIVS TR. P. XIX. XX. COS. IX.

A.V.C. 1165. *Christi* 412. *COSS. Honorius Aug. IX. Theodosius Aug. V.*

Honorius Attaulpho Galliam Narbonenſem concedit, & XX. Romæ celebrat. Sebastianus Tyrannus in Galliis à Constantio deletur. Maximus à Constantio in Hispania captus, & dimissus: Hispania recepta.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VICTORIA AVGVSTORVM R. V. CON. OB. Victoria insidens Thraci, antè quam Puer alatus, ambo Clypeum tenent, in quo VOT. XX. MVLT. XXX. *Const. Christ. Tab.* 20.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VRBS ROMA FELIX O. F. Q. S. ROM. Imp. dextra Trophæum, sinistra Globum, cum Victoria, quæ eum Coronat. *M. N.*

HONORIVS TR. P. XX. XXI. COS. IX.

A.V.C. 1166. *Christi* 413. *COSS. Fl. Lucius. Fl. Herodianus.*

Herculianus in Africa rebellat, ab Honorio damnatur, Constantius Burgundiones Fœdere illigat.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG. Imp. Christatus, dextra Iaculum, sinistra Scutum, in quo scalptus est Equus.
D. N. HONORIVS P. F. AVG. Imp. eodem habitu, præterquam in Clypeo insculpta est Crux. *Constantin. Christiana Tab.* 20.

HONORIVS TR. P. XXI. XXII. COS. IX.

A.V.C. 1167 *Christi* 414. *COSS. Fl. Constantius. Fl. Constans.*

Attalus iterum ab Attaulpho Aug. dicitur. Constantius ab Honorio contra hos mittitur.

HONORIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. X.

A.V.C 1168. *Christi* 415. *COSS. Honorius Aug. X. Theodosius Aug. VI.*

Constantius Attaulphum, & Atalum in Hispaniam expelit, Atalus capitur à Constantio, & ad Honorium mittitur, Vandalis in Hispania sedes conceſſa: Attaulphus dum Pacem cum Honorio cogitat à Gothis occiditur, cui Sigericus postea sufficitur.

HONORIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. X.

A.V.C. 1169. *Christi* 416. *COSS. Theodosius Aug. VII. Iunius Quartus Palladius.*

Sigericus Gothorum Rex occiditur, Vallias sufficitur, qui cum Constantio Pacem facit. Placidiamque reddit, Constantius ad Honorium cum Placidia redit, à quo Consul II. designatur, & Placidiam Vxorem spondet.

HONORIVS TR. P. XXIV. XXV. COS. XI.

A.V.C. 1170. *Christi* 417. *COSS. Honorius Aug. XI. Constantius II.*

Honorius Triumphans Romam ingreditur: Attalus relegatur: Valliat Vandalos, & Alanos ex Hispania ejecit.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM MD. P. S. Roma sedens, dextra Victoriolam.

Ar. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VIRTVS ROMANORVM. AM. P. S. Roma sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. VIR-

Num. Fasch.

✻ VIRTVS ROMANORVM. MR. P. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.
✻ VRBS ROMA RVPS. Roma Galeata inſidens Thoraci, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam. *ibidem.*

HONORIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. XII.

COSS. Honorius Aug. XII. Theodoſius Aug. VIII. *A.V.C.1171. Chriſti 418.*

Conſtantius, & Vallias iunctis viribus Alanos, & Suevos apud Emeritam ſuperant.

HONORIVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. XII.

COSS. Fl. Monaxius. Fl. Plinta. *A.V.C.1172. Chriſti 419*

Vallias ſedes recipit in Gallia, Aquitaniaque illi Secunda conceditur.

HONORIVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. XII.

COSS. Theodoſius Aug. IX. Conſtantius Caeſ. III. *A.V.C.1173. Chriſti 420.*

Conſtantius AVG. *dicitur ab Honorio: Vallias Alanos in Hiſpania vincit, inde Toloſam reuerſus moritur, Theodoricus illi ſuccedit.*

HONORIVS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. XII.

COSS. Fl. Agricola. Fl. Euſtatius. *A.V.C.1174. Chriſti 421.*

Conſtantius Aug. moritur. Honorius Caſtinum in Hiſpaniam mittit contra Vandalos, eique Bonifacium adiungit.

HONORIVS TR. P. XXIX. XXX. COS. XIII.

COSS. Honorius Aug. XIII. Theodoſius Aug. X. *A.V.C.1175. Chriſti 422.*

Maximus quondam Tyrannus Hiſpania à Caſtino captus, & ad Honorium miſſus. Honorius XXX. Roma magnifice celebrat.

Æ. HONORIO AVGVSTO E.
✻ Quadriga Triumphalis cum Athleta, dextra Sertum, ſiniſtra Palmam. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 20.
Imp. abſque Diademate, dextra Haſtam, ſiniſtra Equum freno retinens.
✻ PANNONI NIKA. Figura Militaris Curru à quatuor Equis palmatis vecta, ad latus Chriſti Monogramma. *ibidem.*

HONORIVS TR. P. XXX. XXXI. COS. XIII.

COSS. Rufus Pretextatus Marinianus. Fl. Aſclepiodotus. *A.V.C.1176. Chriſti 423.*

Placidia Honorio ſuſpecta cum Puero Valentiniano Conſtantinopolim proficiſcitur. Hoc anno VI. Kal. Septembr. Honorius Aug. moritur. Ex Olimpiodoro.

Æ. D. N. HONORIVS AVG. Imp. cum Faſcia.
✻ EXAGIVM SOLIDI. Dea Moneta cum Bilance, & Cornucopiæ *Conſt. Chriſt. Tab.* 20.

MARCVS

Ab Exercitu Britannico AVG. dicitur contra Honorium, & paulò poſt extinguitur.

COSS. Honorius Aug. VII. Theodoſius Aug. II. *A.V.C.1160. Chriſti 407.*

GRATIANVS

Occiſo Marco ab Exercitu Britannico AVG. dicitur contra Honorium, & poſt quadrimeſtre Imperium occiditur.

COSS. Honorius Aug. VII. Theodoſius Aug. II. *A.V.C.1160. Chriſti 407.*

CONSTANTINVS.

Occiſo Gratiano, AVG. dicitur ab Exercitu Britannico nullis meritis, ſed tantum ominatione nominis apud eos populos gratioſi; ſtatim Imperio adepto ſumpto Britannicæ iuuentutis vniuerſo robore in Gallias impetum facit, Bononiam capit, Milites Honorij, qui apud Aquitanos, & Celtas erant, ad ſe traducit, ſed victo à Saro Honorij Duce, eiuſdem Duce Iuſtiniano, Valentiam ſe recipit, vbi obſidetur, & ſeptimo die à Gerontio, & Edobecho eiuſdem Ducibus liberatur. Arelate indè ſe recepit, eaque Sede Imperij conſtituta Conſtantem Filium, ex Monacho Cæſarem fecit, & in Hiſpaniam mittit, qua Conſtans occupata, & ad Patrem redit. Miſſis hinc Legatis Honorio ſe excuſat, Pacemque petit, & obtinet cum AVG. titulo, mox Conſtantem Filium iterum in Hiſpanias miſit, contra quē Maximus AVG. auctore Gerontio Taracone dicitur; AVG. titulo Filium Conſtantem ornat, & in Italiam ab Ellobicho Honorij Præfecto tacitè accerſitus Veronam uſque progredit, ſed audita Ellobichi morte recedit: Hoc motus periculo Honorius Conſtantem Comitem Romæ nobiliſſimè natum in Gallias ad Conſtantinum tollendum deſtinat, qui eodem obſeſſo Arelate, fuſiſque ſubſidiarijs copijs Vrbe dedita Conſtantinum, cum altero Filio Iuliano capit, & ad Honorium mittit, Lætus Honorius Captiuis venientibus ad Mincium caput abſcindi iuſſit. A. V. C. 1164. Chriſti 411.

CONSTANTINVS *à Militibus in Britannia* AVG. *dicitur* TR. P. *accepta.*

*A.V.C.*1160. *Christi* 407. *COSS. Honorius Aug. VII. Theodosius Aug. II.*

In Gallias transit, Bononiam occupat, Valentia obsidetur, & liberatur.

CONSTANTINVS TR. P. I. II.

*A.V.C.*1161. *Christi* 408. *COSS. Anicius Bassus. Fl. Philippus.*

Sedem Imperij ponit Arelate, Constantium Filium Cæs. creat, & in Hispaniam mittit, eamque occupat Cæsar, & ad Patrem reuertitur.

CONSTANTINVS TR. P. II. III.

*A.V.C.*1162. *Christi* 409. *COSS. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. III.*

Pacem ab Honorio petit, & cum AVG. *titulo obtinet. Filium in Hispaniam mittit, contra quem Maximus Tyrannus eleuatur.*

CONSTANTINVS TR. P. III. IV.

*A.V.C.*1163. *Christi* 410. *COSS. Fl. Varari. Fl. Tertullus.*

Constantem Filium, ex Cæsare AVG. *dicit: in Italiam Veronam vsque descendit, & recedit.*

CONSTANTINVS TR. P. IV. V.

*A.V.C.*1164. *Christi* 411. *COSS. Theodosius Iun. Aug. III. sine Collega.*

CONSTANTIVS *Comes contra Constantinum ab Honorio mittitur, is Arelate obsidetur, & capitur, & ad Honorium mittitur, cuius iussu ad Mincium capite plectitur.*

CONSTANS.

COnstantini superioris Aug. Filius ex Monacho Cæsar fit à Patre, & ad occupandas Hispanias missus re perfecta ad Patrem redit, rursus ibidem missus Maximum Tyrannum contra se AVG. dictum audit, hinc ad Patrem redit, qui eum ex Cæsare AVG. dicit: cum Patre in Italiam descendit, & recedit. Tandem Viennam defendens, à Gerontio Honorij Duce capitur, & occiditur. A. V. C. 1164. Christi 411.

191

PRISCVS ATTALVS.

HIC tanquam inane Imperij simulachrum cum Gothis in Hispaniam deportatus de naui descendens, incerta moliens in mari capitur, & ad Constantium comitem deductus, deindè Imp. Honorio exhibitus, truncata manu vitæ relictus est. *Vide Baron. Tom. 5.*

FL. PRISCVS ATTALVS AVG. *dicitur ab Alarico Gothorum Rege A. D. V. Kal. Sept.* TR. P. *accepta.*

*A.V.C.*1162. *Christi* 409. *COSS. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. III.*

Honorium societatem Imperij promittentem non audit Attalus.

Aur. PRISCVS ATTALVS P. F. AVG. *in alio* FL. PRISCVS.
CON. OB. Roma insidens Sellæ, dextra Globum tenens cum
INVICTA ROMA AETERNA.) Victoria, sinistra Hastam.
M. B. Eodem Typo.
LR. B. Eodem Typo.
ROMA NOVA R. N.

Ar. PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.
✲ INVICTA ROMA AETERNA P. S. T. Roma galeata insidens Thoraci, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *Const. Christian. Tab.* 20.
PRISC. ATTAL.
✲ VICTORIA AVGG. Victoria gradiens. *Ex Schedis Spanhemij.*

Æ. . . . . .
✲ INVICTA ROMA AETERNA, sedens. *Patin. Ind. fol.* 34.

PRIS-

PRISCVS ATTALVS TR. P. I. II.

COSS. Fl. Varari. Fl. Tertullus. *A.V.C.1163. Christi 410.*

Pax inter Honorium, & Alaricum, hinc Attalus Imperio ab Alarico spoliatur.

Æ. PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA ROMANORVM. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantin. Christiana Tab. 21.*

Attalus denuò à Gothis purpura ornatus A.V.C. 1167. Christi 414. tandem ab iisdem destitutus in Honorij potestatem pervenit A.V.C. 1168. Christi 415. qui cum in Triumphum ductum relegatis ærgo manibus, peraëta de more pompa truncata in panam repetita perfidia dextra Liparas relegauit. A.V.C. 1170. Christi 417.

192

IOVINVS.

HIC paulò post quàm in Gallijs Imp. appellatus esset, occisus est Honorio IX. & Theodosio Iun. V. Augg. Cos. anno V.C. 1165. *Panuin. Rom. Princ. lib. 1. f. 9.*

IOVINVS *in Gallijs* AVG. *dicitur contrà Honorium.*

COSS. Theodos. Aug. VI. sine Collega. *A.V.C.1164. Christi 411.*

Aur. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
VOT. V. MVLT. X. In Corona quadam.
VICTORIA AVG. ⌜TR. M. S.
✻ ⌞S. MIR. . . . . *Strada f. 218.*
✻ RESTITVTOR REIPVBLICAE R. T. CON. OB. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum cum Victoria, sinistro pede calcans Captiuum. *Constan. Christiana Tab. 21.*

Ar. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
✻ RESTITVTOR REIP. CON. Roma Galeata Sellæ insidens, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *Const. Christiana Tab. 21.*

IOVINVS TR. P. I. II.

COSS. Honorius Aug. IV. Theodosius Aug. V.

A Constantino Comite ex Hispania fugatur, tandem ab Attaulpho captus, ad Honorium missus; Dardani Præfecti manu occiditur. *A.V.C.1165. Christi 412.*

Aur. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. S. I. I. L. D. Figura sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam puram.

Ar. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
✻ ⌜TR. C. D. V. Figura sedens, dextra Globum, cum Victoria, sinistra, Hastam. *Num. Fasch.*
VICTORIA AVGG. ⌞
✻ ⌜TR. M. S. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 21.*
✻ ⌞S. M. L. O. Eodem Typo. *Chiffletius.*

193

SEBASTIANVS.

IOVINI Frater ab eodem AVG. dicitur A. V. C. 1165. & anno sequenti à Constantio Comite captus vita exuitur, vel vt *Olimpiodorus* ab Ataulpho captus capite plectitur, eiusque caput ad Honorium mittitur.

SE-

SEBASTIANVS *à Fratre* AVG. *dicitur.*

*A.V.C.*1165. *Christi* 412. *COSS. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. II.*

Æ. D. N. SEBASTIANVS P. F. AVG. Caput Iuuenile Laureatum.

* CONT. Figura Turrita sedens, dextra Victoriolam cum Laurea, sinistra Hastam. *Seguin. f. 183. vbi Nummus illustratur.*

VICTORIA AVGG. * CON. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 21.*

* KONT. Figura Galeata sedens, dextra Victoriolam à qua coronatur, sinistra Hastam. *Christinus.*

194

FL. CONSTANTIVS AVGVSTVS VALENTINIANI III. PATER.

FL. Constantius Comes, Nobilissimus inter Romanos, ab Honorio contra Constantinum, & Constantem Galliæ, & Hispaniæ Tyrannos missus, eos vicit, & occidit, moxque Iouinum, & Sebastianum subrogatos eadem fata sequi coegit; cum Burgundionibus Fœdus pepigit, exinde in Hispaniam contra Ataulphum, & Attalum missus, eos Prouincia cedere iussit, Attalumque cæpit, recepta demum Placidia Honorij Sorore à Vallia Gothorum Rege (cum quo Pacem fecerat) ad Imp. Romam redit, vbi & secundo Consul, & Cæsar dictus, Placidiam vxorem accepit, mox Alanos, & Sueuos apud Emeritam cum Vallia superat. AVGVSTVS ab Honorio dictus cum parum gratum id accidisse Theodosio Iun. audiret mœrore, vel vt alij Pleuritide occubuit. A. V. C. 1174. Christi 421.

FL. CONSTANTIVS *Tertio Consul. Ab Honorio* AVG. *dicitur Ravennæ VI. Id. Februarij T.R.P. concessa.*

*A.V.C.*1174. *Christi* 421. *COSS. Fl. Agricola. Fl. Eustathius.*

Constantius Pleuritide moritur IV. Non. Septembris.

Æ. D. N. CONSTANTIVS NOB. C.

* VOT. In Laurea. *Strada f. 209.*

T.

195

FL. THEODOSIVS IVNIOR.

ARcadij, & Eudoxiæ F. admodum puer à Patre viuente in Imperium accitus; & eo moriente, sub tutela Isdigerdis Persarum Regis relictus, qui eam summa fide gessit, & Pacem cum Rom. habuit quoad vixit. Puer optimis moribus, & disciplina à Pulcheria Sorore institutus, vixdum octo annos natus, Anthemio Duce Imperium administrauit. Audita Patrui Honorij morte Valentinianum Consobrinum suum ex Constantio, & Placidia natum, Cæsarem fecit, & cum Matre, data Eudoxia Filia in Vxorem, Romam misit. Perfis fracto fœdere bellum indixit, Parthorum Ducem superauit. Pace constituta cum Imp. Orientale omnium fauore regeret, febre solutus est, anno ætatis, & Imperij 48. Princeps Christianus vitæ integerrimæ, lectionibus diuinis intentus, Philosophiæ non ignarus, patientia, & clementia cunctos homines superauit. Obijt Constantino pol IV. Kal. Aug. V. C. 1203.

FL. THEODOSIVS IVNIOR *Arcadij Aug. F. à Patre in Cunis* AVG. *dicitur, A. D. IV. Id Ianuarij.*

*A.V.C.*1155. *Christi* 402. *COSS. Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

* GLORIA ROMANORVM X. M. T. A. Tres Figuræ Militares, Galeatæ, Clypeatæ, & Hastatæ stan-

I

stantes, quarum media alijs humilior. *Const. Christiana Tab.* 21.
Non dubito, quin hoc Nummo Arcady. Honorij, & Theodosij expressæ sint effigies, quarum media adhuc infantem Theodosium refert.
* VICTORIA AVG. A. SIS. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantin. Christiana Tab.* 21.

THEODOSIVS IVN. TR. P. I. IL. COS.

COSS. Theod. Iun. Aug. Fl. Rumoridus. — *A.V.C.*1156. *Christi* 403.

THEODOSIVS IVN. TR. P. II. III. COS.

COSS. Honorius Aug. VI. Aristanetus. — *A.V.C.*1157. *Christi* 404.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. I. CON. OB. Figura galeata sedens, dextra laculum, sinistra Globum cum Victoria, dextro pede Nauis Prorам calcans. *Const. Christ. Tab.* 20.

THEODOSIVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Stilico II. Fl. Anthemius. — *A.V.C.*1158. *Christi* 405.

THEODOSIVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Arcadius Aug. VI. Sex. Anic. Petron. Probus. — *A.V.C.*1159. *Christi* 406.

THEODOSIVS TR. P. V. VI. COS. II.

COSS. Honorius Aug. VII. Theod. Iun. II. — *A.V.C.*1160. *Christi* 407.

THEODOSIVS TR. P. VI. VII. COS. II.

COSS. Anicius Bassus. Fl. Philippus. — *A.V.C.*1161. *Christi* 408.

Arcadio mortuo Orientis Imperium solus tenet. Theodosius sub tutela Placidiæ Sororis.

THEODOSIVS TR. P. VII. VIII. COS. III.

COSS. Honorius VIII. Theod. Iun. III. — *A.V.C.*1162. *Christi* 409.

THEODOSIVS TR. P. VIII. IX. COS. III.

COSS. Fl. Varari. Fl. Tertullus. — *A.V.C.*1163. *Christi* 410.

THEODOSIVS TR. P. IX. X. COS. IIII.

COSS. Theodosius Iun. IV. sine Collega. — *A.V.C.*1164. *Christi* 411.

Decennalia Imperij Constantinopoli celebrat.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. } in Laurea. *M. N.*
* CONST. Infra Lauream. *Const. Christiana Tab.* 21.

THEODOSIVS AVG. TR. P. X. XI. COS. V.

COSS. Honorius Aug. IX. Theodosius Aug. V. — *A.V.C.*1165. *Christi* 412.

THEODOSIVS TR. P. XI. XII. COS. V.

COSS. Lucius. Herodianus, — *A.V.C.*1166. *Christi* 413.

THEODOSIVS TR. P. XII. XIII. COS. V.

COSS. Fl. Constantius. Fl. Constans, — *A.V.C.*1167. *Christi* 414.

THEODOSIVS TR. P. XIII. XIV. COS. VI.

COSS. Honorius Aug. X. Theodosius Aug. VI. — *A.V.C.*1168. *Christi* 415.

THEODOSIVS TR. P. XIV. XV. COS. VII.

COSS. Theodosius Aug. VII. Iunius Quartus Palladius. — *A.V.C.*1169. *Christi* 416.

THEODOSIVS TR. P. XV. XVI. COS. VII.

COSS. Honorius Aug. XI. Constantius II. — *A.V.C.*1170. *Christi* 417.

THEODOSIVS TR. P. XVI. XVII. COS. VIII.

A.V.C.1171. Christi 418. *COSS. Honorius Aug. XII. Theod. Aug. VIII.*

THEODOSIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VIII.

A.V.C.1172. Christi 419. *COSS. Fl. Monaxius. Fl. Plinta.*

THEODOSIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. IX.

A.V.C.1173. Christi 420. *COSS. Theodosius Aug. IX. Constantius Cæs. III.*

Constantiũ Aug. Imaginem ab Honorio missam non accipit Theodosius.

THEODOSIVS TR. P. XIX. XX. COS. IX.

A.V.C.1174. Christi 421. *COSS. Fl. Agricola. Fl. Eustatius.*

Athenaidem Leontij Philosophi Filiam Vxorem ducit, Eudociamque vocat.

THEODOSIVS TR. P. XX. XXI. COS. X.

A.V.C.1175. Christi 422. *COSS. Honorius Aug. XIII. Theodosius Aug. X.*

THEODOSIVS TR. P. XXI. XXII. COS. X.

A.V.C.1176. Christi 423. *COSS. Rufus Prætextatus Marinianus. Fl. Asclepiodotus.*

Placidiam cum Pl. Valentiniano ad se fugientes benigne recipit Theodosius: Honorius Aug. moritur.

THEODOSIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. X.

A.V.C.1177. Christi 424. *COSS. Fl. Castinus. Fl. Victor.*

Legatos Ioannis Tyranni Occidentis reijcit. Thessalonicam proficiscitur, Valentinianum Cæsarem, & Placidiam Augustam renunciat, Ardaburo, & Aspari mandans, vt eos in Italiam reducerent.

THEODOSIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. XI.

A.V.C.1178. Christi 425. *COSS. Theodosius Aug. XI. Placid. Valentinian. Cæs.*

Ioannes Tyrannus capitur, hinc Theodosius Augustalia Insignia Placidio Valentiniano mittit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGG. { TES. OBS. Duæ Figuræ sedentes tenentes Globum, in quarum medio Victoria
* TR. OB. Eodem Typo. *Hulsius.*
* CON. MD. Eodem Typo. *M. N.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGG. ANT. Figura mul. galeata sedens, dextra Sceptrum, sinistra Globum, pede Rostro Nauis imposito. *Const. Christ. Tab. 21.*
* GLORIA ROMANORVM. Figura Equestris Galeata, dextra elata. *ibidem.*
* Crux in Laurea. *ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. XXIIII. XXV. COS. XII.

A.V.C.1179. Christi 426. *COSS. Theodosius Aug. XII. Placid. Valentinian. Aug. II.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

* SALVS REIPVBLICAE CON. OB. { * Duo Impp. sedentes, singuli dextris Sceptrum, sinistris Crucem tenentes, *horum vnus grandior (Theodosium exprimit) à dextris, alius minor (Pl. Valentinianum referens) à sinistris. Const. Christ. Tab. 21.*
* Imp. sedens, dextra Lauream, sinistra Crucem obtinens, ad latus alia Figura Imperatorio ornatu stans, dextra Lauream, sinistra Crucem. *ibidem.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* SALVS REIPVBLICAE A. Q. P. Victoria gradiens, dextra Captiuum crinibus trahens. *M. N.*

D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. Bustum Galeatum, dextra Hastam, in medio Loricæ Christi Monogramma.
* SALVS REIPVBLICAE. Imp. Laureatus sedet, dextra Lauream, sinistra Crucem, propè eum alia Figura, dextra Lauream, sinistra Crucem. *Strada fol. 212.*

THEODOSIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. XII.

A.V.C.1180. Christi 427. *COSS. Fl. Hyerius. Fl. Ardaburius.*

THEODOSIVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. XII.

A.V.C.1181. Christi 428. *COSS. Fl. Felix. Fl. Taurus.*

THEO-

THEODOSIVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. XII. A.V.C.1182 Christi 429.

COSS. Fl. Florentius. Fl. Dyonisius.

THEODOSIVS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. XIII.

COSS. Theodosius Aug. XIII. Placid. Valentinian. III. A.V.C.1183. Christi 430.

THEODOSIVS TR. P. XXIX. XXX. COS. XIII.

COSS. Anicius Bassus. Fl. Antiochus. A.V.C.1184. Christi 431.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOTIS XXX. MVLT. XXXX. II. CON. Figura Mulieb'cis sedens, dextra Globum, sinistra Rhabdum, iuxta Scutum, & pone Canicula, ad tergum Figuræ sedentis Stellula, Globo impositò Crux.

VOT. XXX. MVLT. XXXX. CON. OB. ✱ } Victoria Crucem tenens. Figura Mulieb'is galeata sedens, dextra Globum Crucigerum, sinistra Rhabdum, sinistrum pedem Nauis Rostro imponens. *Const. Christiana Tab.* 21.

THEODOSIVS TR. P. XXX. XXXI. COS. XIII.

COSS. Fl. Actius. Fl. Valerius. A.V.C.1185. Christi 432.

THEODOSIVS TR. P. XXXI. XXXII. COS. XIV.

COSS. Theodosius Aug. XIII. Anicius Maximus. A.V.C.1186. Christi 433.

THEODOSIVS TR. P. XXXII. XXXIII. COS. XIV.

COSS. Fl. Aspar. Fl. Arcobinda. A.V.C.1187. Christi 434.

Theodosius, Codicem qui Theodosianus vocatur, construi iubet.

THEODOSIVS TR. P. XXXIII. XXXIV. COS. XV.

COSS. Theodosius Aug. XV. Fl. Valentinian. Aug. IV. A.V.C.1188. Christi 435.

THEODOSIVS TR. P. XXXIV. XXXV. COS. XV.

COSS. Isidorus. Senator. A.V.C.1189. Christi 436.

THEODOSIVS TR. P. XXXV. XXXVI. COS. XV.

COSS. Fl. Actius II. Fl. Sigeultes. A.V.C.1190. Christi 437.

THEODOSIVS TR. P. XXXVI. XXXVII. COS. XVI.

COSS. Theodosius Aug. XVI. Acilius Glabrio Faustus. A.V.C.1191. Christi 438.

THEODOSIVS TR. P. XXXVII. XXXVIII. COS. XVII. IMP. XXXII.

COSS. Theodosius Aug. XVII. Festus. A.V.C.1192. Christi 439.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
IMP. XXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura sedens, dextra Globum cum Cruce, & Stella, sinistra Scipionem.
TR. P. XXXVII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura sedens, dextra Globum cum Cruce.

THEODOSIVS TR. P. XXXVIII. XXXIX. COS. XVII. IMP. XXXII.

COSS. Pl. Valentinian. Aug. V. Fl. Anatolius. A.V.C.1193. Christi 440.

THEODOSIVS TR. P. XXXIX. XXXX. COS. XVII. IMP. XXXII.

COSS. Fl. Cyrus Panopolites sine Collega. A.V.C.1194. Christi 441.

Theodosius Vandalorum Regem Gensericum bello Nauali in Sicilia petit.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. Caput Diademate cinctum, nouo ornatu exectis vndique pennis cum Busto, & Sceptro.
✱ GLORIA ROMANORVM ✣ ✣ ANTR. Figura Militaris in Naui, Victoria Remigante.
Num. Fasch.
Forte hoc Nummo Theodosij Naualis expeditio contrà Gensericum exprimitur.

THEODOSIVS TR. P. XXXX. XXXXI. COS. XVII.

COSS. Fl. Dioscorus. Fl. Eudoxius. A.V.C.1195. Christi 442.

Pax inter Theodosium, & Gensericum firmata: Hunni Prouincias Theodosij vastant, quibus per Duces occurrit Theodosius.

THEO-

THEODOSIVS TR. P. XXXXI. XXXXII. COS. XVII.

COSS. Fl. Anicius Maximus II. Fl. Paternus.

*A.V.C.*1196. *Christi* 443. *Pax cum Attila, & Hunnis à Theodosio mercatur.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura sedens, dextra Globum cum Crucetenens,

THEODOSIVS TR. P. XXXXII. XXXXIII. COS. XVIII.

COSS. Theodosius Aug. XVIII. Cacina Decius Albinus.

*A.V.C.*1197. *Christi* 444.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. TR. P. XXXXII. COS. XVIII. P. P. Figura Militaris, dextra Labarum, sinistra Globum.

THEODOSIVS TR. P. XXXXIII. XXXXIV. COS. XVIII.

COSS. Valentinianus Aug. VI. Fl. Nonnius.

*A.V.C.*1198. *Christi* 445.

THEODOSIVS TR. P. XXXXIV. XXXXV. COS. XVIII.

COSS. Fl. Actius III. Q. Aurel. Symmachus.

*A.V.C.*1199. *Christi* 446.

THEODOSIVS TR. P. XXXXV. XXXXVI. COS. XVIII.

COSS. Faltonius Probus Alypius. Fl. Ardaburius.

*A.V.C.*1200. *Christi* 447. *Attila iterum Istrum transit, Daciam citeriorem populatur, cui per Duces occurrit Theodosius, & reprimit; Pax indè fit.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. ✲ GLORIA ORBIS TERRAE TES. OBS. Imp. Paludatus stans, dextra Labarum, sinistra Globum Crucigerum. *Constantin. Christian. Tab.* 20.

THEODOSIVS TR. P. XXXXVI. XXXXVII. COS. XVIII.

COSS. Rufius Pretextatus Postumianus. Fl. Zeno.

*A.V.C.*1201. *Christi* 448.

THEODOSIVS TR. P. XXXXVII. XXXXVIII. COS. XVIII.

COSS. Fl. Asturius. Fl. Protogenes.

*A.V.C.*1202. *Christi* 449.

THEODOSIVS TR. P. XXXXVIII. XXXXIX. COS. XVIII.

COSS. Fl. Valentinianus Aug. VII. Genad. Valer. Coruin. Annianus.

*A.V.C.*1203. *Christi* 450. *Hoc anno A. D. IV. Kal. Aug. Theod. Aug. moritur.*

196

AEL. EVDOCIA THEODOSII IVN. VXOR.

THeodosij Jun. Vxor, Leontij Philosophi Filia olim Athenais dicta cum titulo Augustæ nomen Eudociæ accepit, ob Pomum in suspicionem venit apud Imp. qui animum ab Vxore alienauit; illa Hierosolymam abiens Templa illic extruxit, magnasque & Pauperibus, & Religiosis elemosinas largita est; mortuo interea marito & ipsa post obijt Anno Christi 458.

Aur. AEL. EVDOCIA AVG. *alias* EVDOXIA. IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Victoria sedens, dextra Globum cum Crucis Signo, sinistra Scipionem.

CON. OB. In Corona Laurea, in qua Crux cum Stella.

✲ CON. OB. Crux in Laurea. *Thes. Theupol.*

✲ CONS. X. Crux in Laurea. *Const. Christiana Tab.* 21.

✲ VOT. XX. MVLT. XXX. CON. OB. *Const. Christiana Tab.* 21.

IOAN.

197

IOHANNES ITALIÆ TYRANNVS.

MOrtuo Honorio Iohannes quondam eiusdem Commentariorum Scriptor, Rauennæ Castini, & Aetij auxilio Augustalia suscepit insignia, quæ sibi à Theodosio confirmari per Oratores petijt, missoque interim Exercitu ad Africam occupandam: Inclementi Theodosij responso accepto Hunnorum auxilio & muniendum ratus in Pannoniam Aetium ad ea mercenda misit. Theodosius interim Thessalonicæ Placidia AVGVSTA, & Valentiniano CÆSARE renunciatis, Ardaburo, & Aspari mandat, vt eos cum Exercitu in Italiam, Occidentisq; Imperium reduceret: Ardabures conscensis Salonæ cum maxima Exercitus parte nauibus Rauennam versus, vt Iohannem imparatum adoriretur, contendit; sed fœda tempestate conflictatus Classe discerpta in Rauennatem oram eiectus à Io: Militibus captus, & ad eum perductus benignissimè exceptus est. Aspar verò cum Placidia, & Valentiniano peelestri itinere Aquileiam petuenti Vrbem cepere, & munere. Ardabures Filium Asparem eorum quæ agerentur admoneri curauit, mandans vt rem impigrè aggrederetur certam spondens Victoriam, quod & is sine mora executus, expeditissimo comitatus Equitatu nocte Rauennam ingreditur, Ardaburem Patrem custodia liberat, Iohannem capit, & ad Placidiam mittit, qui eundem dextra exsecta, pluribusque ignominijs affectum, Asino insidentem in Circum ductum obtruncari iussit post octodecim mensium Imperium.

IOANNES *mortuo Honorio in Italia* AVGVSTVM *se dicit* TR. P. *sumpta circa A. D. VI. Kal. Septembris.*

COSS. Rufus Praetextatus Marinian. Asclepiodotus. *A.V.C.1176 Christi 423.*

Iohannes Legatos ad Theodosium de Fœdere, & Exercitum in Africam mittit.

Aur. D. N. IOHANNES P. F. AVG.
* Crux in Laurea cum duabus Stellis *Const. Christian. Tab. 22.*

Ar. D. N. IOHANNES P. F. AVG.
* VRBS ROMA. R.V.P.S. Roma galeata Thoraci insidens, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *Const. Christian. Tab. 22.*

IOANNES TR. P. I. II.

COSS. Fl. Castinus. Fl. Victor. *A.V.C.1177. Christi 424.*

Ardabutio, & Aspari Theodosius Placidiam, & Fl. Valentinianum Cæsarem in Italiam reducendos cum Exercitu tradit, Ardaburus a Ioanne capitur, & eiusdem Exercitus dissipatur. Placidia, & Valentinianus Aspare Duce Aquileiam capiunt, & muniunt.

Aur. D. N. IOHANNES P. F. AVG. Caput senile Barbatum, Corona Gemmata cum Busto.
* VICTORIA AVGGG. CON. OB. RV. Imp. sinistro pede Captiuum calcans, dextra Labarum, sinistra Globum cum Victoria Imp. Coronante. *M. N.*
VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria galeata sedens, Scutum vtraque manu sustinet, in Scuto Christi Monogramma, ad pedes Figura parua Scutum idem sustinet, quod Trunco Arboris impositum est, ad latus R. V. *M. N.*

IOANNES TR. P. II. III.

COSS. Theodosius XI. Pl. Valentinian. Cæs. *A.V.C.1178. Christi 425.*

Aspar Rauennam cum Ioanne capit, & ad Placidiam mittit, qui eum dextra obtruncata, omnique ludibrio vexatum occidi iubet mense Octobri.

198



FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS III.

FIlius Constantij Augusti, & Placidiæ Sororis Arcadij, & Honorij. A Theodosio mortuo Honorio, CÆSAR, & post AVGVSTVS appellatus: In Italiam missus Ioannem Imper. Rauennæ captum, Aquileiæ neci tradidit.

Cum Genſerico Vandalorum Rege Pacem fanxit, parte Africæ contento. Aduerſus Attilam Hunnorum Regem Imperio inhiantem copias miſit, & in campis Catalaunicis acerrimè pugnatũ, cæſis 130000. vel, vt alij ſcribunt, ſupra ducentis millibus, victoria penes Romanos exiſtente, ductu Aetij, qui Maximi viri potentiſſimi figmentis (perduellionis enim crimine apud Imp. per calumniam delatus erat) manu ipſius Valentiniani, qui illius ſucceſſus metuebat, occiſus eſt, ob ſuſpicionem affectatæ tyrannidis. Sed Imp. poſtea Romæ ab eius Commilitonibus, Thraſila Duce, & percuſſore in Campo Martio conſoſſus perijt, anno Imperij 30. Chriſti 455.

PL. PLACID. VALENTINIANVS *à Theodoſio Iun.* CAESAR *dicitur, & cum Matre AVGVSTA in Italiam mittitur.*

A.V.C. 1177. *Chriſti* 424. *COSS. Fl. Caſtinus. Fl. Victor.*

Cum Matre Placidia Aſpare Duce Aquileiam capit, & munit.

PL. VALENTINIANVS CAESAR, *exindè* AVG. *X. Kal. Nouembris* TR. P. COS.

A.V.C. 1178. *Chriſti* 425. *COSS. Theodoſius Aug. XI. Pl. Valentinianus Caſ.*

Io. Tyrannum capit, & occidi iubet. Rauennæ Imperij Sedem conſtituit.

Aur. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
✻ COM. OB. Crux in Laurea. *M. N.*

PL. VALENTINIANVS TR. P. I. II. COS. II.

A.V.C. 1179. *Chriſti* 426. *COSS. Theod. Iun. Aug. XII. Plac. Valentinian. Aug. II.*

Aetius contra Theodoricum Gothorum Regem in Gallias miſſus. Nomine Valentiniani à Placidia Bonifacius ex Africa reuocatus.

PL. VALENTINIANVS TR. P. II. III. COS. II.

A.V.C. 1180. *Chriſti* 427. *COSS. Fl. Hierius. Fl. Ardaburius.*

Bonifacio ex Africa non redeunti, bellum indicitur, qui vt ſe tueatur Vandalos ex Hiſpania euocat, qui Africam crudeliter vexant; Aetius varie rem cum Theoderico gerit in Gallijs.

PL. VALENTINIANVS TR. P. III. IV. COS. II.

A.V.C. 1181. *Chriſti* 428. *COSS. Fl. Felix. Fl. Taurus.*

Bonifacius in gratiam redit cum Placidia: Aetius Clodioni Francorum Regi reſiſtit in Gallia.

PL. VALENTINIANVS TR. P. IV. V. COS. II.

A.V.C. 1182. *Chriſti* 429. *COSS. Fl. Florentius. Fl. Dionyſius.*

Vandalos ex Africa eiicere cupiens Bonifacius non poteſt. Genſericus Ducibus Valentiniani victis Africam vaſtat, Hipponem obſidet.

PL. VALENTINIANVS TR. P. V. VI. COS. III.

A.V.C. 1183. *Chriſti* 430. *COSS. Theodoſius Aug. XIII. Pl. Valentinianus Aug. III.*

Genſericus Hipponem capit. Britannia Pictis, & Scotis vexata, à Legione Romana tuentur.

PL. VALENTINIANVS TR. P. VI. VII. COS. III.

A.V.C. 1184. *Chriſti* 431. *COSS. Anicius Baſſus. Fl. Antiochus.*

Genſericus Africam reliquam vaſtat, & in Catholicos ſeuit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. VII. VIII. COS. III.

A.V.C. 1185. *Chriſti* 432. *COSS. Fl. Aetius. Fl. Valerius.*

Bonifacius Romam redit, & Magiſter Militum dicitur. Trigetius Bonifacij ſucceſſor Genſerico reſiſtit.

Æ. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
BONIFACIVS ✻ { Quadriga Ceruorum, in qua Imp. dextra Lauream, ſiniſtra Palmam ; ✻ Quadriga Equorum, in qua Imp. ſedet, vt ſupra. *Conſt. Chriſtiana Tab. 21.* Quadriga Ceruorum, in qua Imp. radiatus, dextra Flagrum, & Lauream, ſiniſtra Palmam, *ibidem.*
✻ R. S. V, R. D. EN. I. Æ. In nexu, *Strada fol. 221.*

PL. VALENTINIANVS TR. P. VIII. IX. COS. III.

A.V.C. 1186. *Chriſti* 433. *COSS. Theodoſius Aug. XIV. Anic. Maximus.*

Gun-

Gundicarius Burgundionum Rex Belgicam incursat. Contra hunc Valentinianus Aetium mittit, qui Gundicarium è Belgica expellit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. IX. X. COS. III.

COSS. Fl. Aspar. Fl. Areobinda. — *A.V.C.*1187. *Christi* 434.

Trigetius Genserico, & Aetius Gundicarium vexant, & Pacem petere cogunt.

PL. VALENTINIANVS TR. P. X. XI. COS. IIII.

COSS. Theodosius Aug. XV. Pl. Valentinianus Aug. IV. — *A.V.C.*1188. *Christi* 435.

X. Valentiniani celebrata. Pax cum Genserico facta, eidem Numidia Hipponensi concessa, Fœdus cum Gundicario ab Aetio percussum.

Aur. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. RV. CON. OB. Imp. habitu Consulari sedens, dextra Globum, sinistra Sceptrum. *Conf. Christian. Tab.* 21.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XI. XII. COS. IV.

COSS. Isidorus. Senator. — *A.V.C.*1189. *Christi* 436.

Theodoricus iterum Gallias vexat, Littorius contra eum missus Narbonem obsidione liberat.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XII. XIII. COS. IV.

COSS. Fl. Aetius II. Fl. Sigesultes. — *A.V.C.*1190. *Christi* 437.

Littorius Aremoricos Rebelles vincit. Gothi in Auernos seinferunt, à Littorio Hunnorum auxilio eduntur, Valentinianus Vxorem accipit Eudoxiam Theodosij Aug. Filiam, & Theodosio Illyrici partem cedit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XIII. XIV. COS. IV.

COSS. Theodosius Aug. VI. Acilius Glabrio Faustus. — *A.V.C.*1191. *Christi* 438.

Littorius cum Gothis rem prosperè gerit in Gallia: Pirata Vandali Siciliam populantes, à Valentiniani, Ducibus cohibentur, eorum Dux capitur, & occiditur.

Aur. D. N. FL. PLAC. *alij* PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG, CON. OB. } R. M. Figura Militaris stans, dextra Crucem eleuans, sinistra Globum cum Victoria Sertum tenente, dextro pede Serpentem capite humano conculcans.
R. V. Eodem Typo.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XIIII. XV. COS. IV.

COSS. Theodosius Aug. VII. Festus. — *A.V.C.*1192. *Christi* 439.

Littorius Tholosam obsidet, hinc Theodoricus Pacem petit, quæ eidem non conceditur à Littorio, pugnatur à Romanis infeliciter, Littoriusque capitur, Aetius in Gallias mittitur à Valentiniano, hinc Pax firmatur. Genserico Carthaginem capit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XV. XVI. COS. V.

COSS. Pl. Valentinianus Aug. V. Fl. Anatolius. — *A.V.C.*1193. *Christi* 440.

Genserico Siciliam vastat, sed à Sebastiano Duce Valentiniani in Africam revocatur, mox per fraudem Sebastianum occidit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XVI. XVII. COS. V.

COSS. Fl. Cyrus Panopelites sine Collega. — *A.V.C.*1194. *Christi* 441.

Theodosius classem contra Genserico mittit maiore terrore, quam clade, Genserico Legatos ad Theodosium mittit Pacem petens, quam obtinet. Attila, & Belda Fratres Hunnorum Duces Istrum transeunt. Hinc Attila, Mastam, Belda, Thracias populantur, contra hos Ioannis, & Arnegisclus mutuntur à Theodosio.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XVII. XVIII. COS. V.

COSS. Fl. Dioscorus. Fl. Eudoxius. — *A.V.C.*1195. *Christi* 442.

Hunni Macedoniam, & Graciam vastant. Valentinianus Pacem Genserico concedit, obside eius Filio Hounorico accepto.

PL.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XVIII. XIX. COS. V.

*A.V.C.*1196. *Christi* 443. *COSS. Fl. Anic. Maximus. Fl. Paternus.*

Pax à Theodosio ab Attila mercatur, qui se ultra Istrum recipit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XIX. XX. COS. V.

*A.V.C.*1197. *Christi* 444. *COSS. Theodosius Aug. XVIII. Cecina Decius Albinus.*

PL. VALENTINIANVS TR. P. XX. XXI. COS. VI.

*A.V.C.*1198. *Christi* 445. *COSS. Pl. Valentinianus Aug. VI. Fl. Nonnius.*

Pl. Valentiniani XX. Roma celebrata.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXI. XXII. COS. VI.

*A.V.C.*1199. *Christi* 446. *COSS. Fl. Aetius III. Q. Aurel. Symmachus.*

Attila Bellum minatur utrique Imperio, hinc Aetius ex Gallia revocatur; Picti, & Scoti Britanniam diripiuntur, & cæduntur.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXII. XXIII. COS. VI.

*A.V.C.*1200. *Christi* 447. *COSS. Faltonius Probus Alypius. Fl. Ardaburius.*

Attila Istrum transit, Citeriorem Daciam populatur. Anthemius Theod. Dux illi resistit, Pax à Theodosio, & Valentiniano ab Attila petita conceditur.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. VI.

*A.V.C.*1201. *Christi* 448. *COSS. Rufius Pretextatus Posthumian. Fl. Zeno.*

Valentinianus mandat observari Codicem Theodosianum Anno superiori à Theodosio eidem transmissum; In Aremoricos Rebelles Bellum movetur, sed Pax petentibus conceditur.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXIV. XXV. COS. VI.

*A.V.C.*1202. *C. Christi* 449. *COSS. Fl. Asturius. Fl. Protogenes.*

Merovæus Francorum Rex sedet ad Axonam Amnem sitæ Angli à Britannis in auxilium vocati Insulam subigunt.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXV. XXVI. COS. VII.

*A.V.C.*1203. *Christi* 450. *COSS. Pl. Valentinianus Aug. VII. Genadius Valer. Cornin. Annienus.*

Theodosius Aug. moritur. Marcianus à Pulcheria eius Sorore desponsatur, & Imp. efficitur in Oriente; Attila bellum Galliæ denunciat, hinc Valentinianus cum Gallia Regibus Fœdus iungit, Exercitum parat, cuius Ducem facit Aetium.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. VIII.

*A.V.C.*1204. *Christi* 451. *COSS. Marcianus Aug. Clod. Adelphius.*

Attila in Gallias irrumpit ab Aetio, & Socijs vincitur in Campis Catalaunicis; Placidia Aug. Valentiniani Mater moritur.

Æ. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
✱ VICTORIA AVG. R. M. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Const. Christ. Tab.* 21.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. VII.

*A.V.C.*1205. *Christi* 452. *COSS. Herculanus. Asporatius.*

Attila in Italiam descendit, Venetiam, Liguriam, & Æmiliam vastat.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. VII.

*A.V.C.*1206. *Christi* 453. *COSS. Fl. Opilio. Fl. Vincomalus.*

Attila à S. Leone Pontifice Valentiniani Oratore Pacem obtinet, & Danubio transmisso in Scythiam redit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXIX. XXX. COS. VII.

*A.V.C.*1207. *Christi* 454. *COSS. Fl. Aetius. Fl. Studius.*

Te-

Torismondus Gothorum Rex Bellum infert Valentiniano, qui eidem per Aetium resistit, & ad Pacem adigit. XXX. Valentiniani celebrata.

Aur. D. N. FL. PLAC. VALENTINIANVS P. F. AVG.
VOTIS XXX. MVLT. XXXX. CON. OB.
D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG. Caput Valentiniani Corona Gemmata, Bustum cum Veste Palmata, dextra Globum, sinistra Crucem.
✻ VOT. XXX. MVLT. XXXX. CON. OB. Imp. stans, sinistra Sceptrum, dextram porrigit Figuræ semigenu-flexæ, quæ aliquid eidem offert sinistra. *M. N.*

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXX. COS. VIII.

COSS. Pl. Valentinian. Aug. VIII. Anthemius. *A.V.C.1208. Christi 455.*

Petr. Maximi Vxorem vitiat. Valentinianus Aetium occidit, mox Petron. Maximi industria A. D. XIV. Kal. April. Pl. Valentinianus occiditur.

199

LICINIA EVDOXIA PL. VALENTINIANI AVG. VXOR.

Licinia Eudoxia, Theodosij Iunioris, ex Eudocia Filia, Constantinopoli nata anno Christi 422. Placidio Valentiniano quindennis nuptit, eoque occiso Anno Christi 455., & à Petronio Maximo Tyranno desponsata, cum ab eodem audisset priorem mariti cædis se consicium, & participem fuisse, quo tam acerbam iniuriam vlcisceretur, Genserico Vandalorum Regem in Italiam euocauit, cuius aduentu territus Maximus, dum fugam meditatur, à Romanis in fusta discerptus est eodem Anno. Capta triduo post à Genserico Vrbe, Eudoxia cum binis ex Pl. Valentiniano Filiabus in Africam deducta est, remissaque Constantinopolim cum altera Filia Placidia Anno Christi 462., vbi cum Eutychiana Hæresi infecta esset, à Iuuenale Constantinopolitano Patriarcha ad rectam Fidem conuersa Pietatis operibus vacauit.

Aur. LICINIA EVDOXIA P. F. AVG. Caput mulliebre Corona radiata, in cuius medio Crux.
✻ SALVS REIPVBLICAE R. M. COM. OB. Figura radiata sedens, dextra Globum cum Cruce, sinistra Crucem longam. *Const. Christiana Tab. 22.*

200

IVSTA GRATA HONORIA PL. VALENTINIANI SOROR.

Constantij Aug., & Placidiæ Filia, cum ab Eugenio Procuratore suo stuprata concepisset, è Palatio à Fratre expulsa Constantinopoli Theodosio transmissa est Anno Christi 434., vbi exul clandestine Attilam Hunnorum Regem spe suarum nuptiarum in Occidentem inuitauit; Is in Italiam admoto Exercitu, eo Pl. Valentinianum adegit, vt pro Pace impetranda Honoriam cum Regni Parte Attilæ pronuptere coactus sit, quod tamen morte Attilæ impletum non est, is enim dum nuptias cum Ildicone Puella formosissima celebrat, hausto largius mero, sanguinis vomitu extinguitur. Cæterum Honoriam AVGVSTAM appellatam, & Inscriptio Raucnensis, & Nummi testantur.

Aur. D. N. IVST. GRAT. HONORIA P. F. AVG.
✻ SALVS REIPVBLICAE. Christi Monogramma in Corona quercea, infra COM. OB. *Const. Christ. Tab. 22.*
✻ Crux in Laurea. *Ex Thesauro Lazaro Reuerendiss. Noris in addendis ad Historiam Pelagianam.*

201

ATTILA.

MVnzucci Hunnorum Regis Filius, Dacia Ripensi Paterno Regno non contentus cum Belda Fratre Daciam mediterraneam ab Ostro Gothis, & Gepidis processam invadit. Tributarios facit Ardaricum Gepidorum, Valamirum, Theodemirum, & Videmirum Fratres Ostro Gothorum Reges, hinc & Pannonia potitur, & Orientem versus Illyrici, ad Meridiem, Græciæ, & Macedoniæ Vrbes ad portas usque Constantinopolis depopulatus est, & Theodosium Iuniorem ad pacem 6 M. auri libris, & tributo annuo libratum mille auri redimendam coegit, Belda Fratre sublato solus Regnum tenens Danubium transit, & Marcomannis, Quadis, Sueuibusq; subactis, ab Honoria Placidij Valentiniani Aug. Sorore eius Connubium ambiente in Italiam vocatus, Gallias ingressus Aurelianum obsidet, vbi ab Aetio Romanorum Duce, & à Theodorico V Visigothorum Rege repellitur, mox in Campis Catalaunicis vincitur ab Aetio, sed reintegratis viribus in Italiam descendens Mediolanum, Papiam, cæterasque Insubriæ Vrbes vastat, Romam versus iter dirigens à S. Leone Papa circa Mantuam cohibetur, & precibus in Pannoniam reijcitur. Mox in Sangibanum Alannorum Regem mouens, ab eodem, & à Torismundo V Visigothorum Rege vincitur, & denuò in Pannoniam reijcitur, vbi Nuptijs, quas cum formosissima Puella contraxerat, nimio vino indulgens extinguitur A. V. C. 1207. Christi 454.

ATTILA *cum Fratre Belda Romanas Prouincias populari incipiunt.*

COSS. Cyrus Panopelius sine Collega.

A.V.C. 1194. *Christi* 441.

Aur. ATEVLA. Caput Barbatum.
✻ VLATOS. Equus Capite erecto, supra quem S., & inter pedes Equi Pentagoni Figura. *M. N.*

Æ. ATILLA. Caput nudum.
✻ Leo gradiens. *Const. Christ. Tab.* 22.
ATHIL. Caput.
✻ Equus, *Patin. Ind. fol.* 35.

302



FL. MARCIANVS.

THrax humili genere natus, sed militia clarus, singulari prudentia, & vitæ integritate omnibus notus, Pulcheriæ Theodosij Imp. Sororis studio, senex admodum, fit Imperator; cuius capiti diadema imposuit. Moderatus Princeps, & rebus agendis idoneus, si per senectam diutiùs viuere licuisset. Imminutum Orientis Imperium per 60. annos dilapsum, prudentia, & consilio reparauit; cum Parthis, & Vandalis Fœdus percussit. Attilæ minas compescuit, arma nunquam nisi prouocatus mouit; pacem, quoad fieri potuit, coluit; illud vsurpans, *dum in Pace esse possumus, arma non induamus.* Anno Imperij VI. mense VI. naturæ concessit, conspiratione Asparis, qui ei venenum dedisset perhibetur. Huius gener fuit Anthemius Imp.

FL. MARCIANVS *mortuo Theodosio Augusto Iuniore A. D. VIIII. Kal. Septembris Imperare iussus est à Pulcheria Theodosij Sorore, cum in Maritum accipiente.*

A.V.C. 1203. *Christi* 450.

COSS. Pl. Valentinian. Aug. VII. Genadius Valerius Corninus.

Aur. D. N. MARCIANVS P. F. AVG.
✻ Nexus reseters M. P. ✚ S. C. In Laurea. *Stradae fol.* 249.

FL. MARCIANVS TR. P. I. II. COS.

A.V.C. 1204. *Christi* 451.

COSS. Marcianus Aug. Cl. Adelphius.

Attila in Campis Catalaunicis vincitur.

Aur. D. N. *alij* FL. MARCIANVS AVG.
VICTORIA AVGGG. S. CON. OB. Victoria dextra Crucem gestans.

D. N.

D. N. MARCIANVS P. F. AVG. Caput Galeatum, & in Galea Alæ, dextra Iaculum, sinistra Scutum.
✻ VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Globum, supra quem Crux, ad latus Stella. *Num. Arcot. Tab. 68. n. 13. 14.*

MARCIANVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Herculanus Asporatius. — *A.V.C. 1205. Christi 452.*

Attila Italiam vastat.

MARCIANVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Fl. Opilio. Fl. Vincomalus. — *A.V.C. 1206. Christi 453.*

MARCIANVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Fl. Actius. Fl. Studius. — *A.V.C. 1207. Christi 454.*

Thorismundus Gothorum Rex ab Actio vitus Pacem petit.

Æ. D. N. MARCIANVS P. F. AVG.
✻ L. BIOGIIIVINOIV. Dea Pax dextra elata cum Ramo, sinistra Hastam. *Mulsius.*

MARCIANVS TR. P. V. VI. COS.

COSS. Fl. Valentinianus VIII. Anthemius. — *A.V.C. 1208. Christi 455.*

Fl. Valentinianus occiditur. Roma à Vandalis diripitur.

MARCIANVS TR. P. VI. VII. COS.

COSS. Fl. Iohannes. Fl. Varari. — *A.V.C. 1209. Christi 456.*

Auitus occiso Maximo Imperator dici vult in Occidente, sed capitur, & Placentiæ Episcopus ordinatur.

MARCIANVS TR. P. VII. COS.

COSS. Fl. Constantinus. Fl. Rufus. — *A.V.C. 1210. Christi 457.*

Hoc anno VI. Kal. Martias Marcianus mortuus est.

203

AELIA PVLCHERIA.

THeodosij Iunioris Soror Virgo honestissima, Fratre mortuo, eiusdem consilijs insistens, Marcianum ad Imperium à Senatu Constantinopolitano eligi curat, mox eidem nubit, & AVGVSTA dicitur.

Ar. AEL. PVLCHERIA AVG.
✻ CON. OB. Crux in Laurea. *Const. Christ. Tab. 22.*
Æ. AEL. PVLCHERIA AVG. Caput Diademate ex vnionibus ornatum, cui in aere pendens manus, Lauream imponit.
✻ SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria sedens Clypeo inscribit Christi Monogramma. *Const. Christiana Tab. 22.*

204



FL. ANICIVS PETRONIVS MAXIMVS.

PL. Valentinianus Imp. spreta Coniuge formosissima in stupris, & adulterijs volutabatur, & Maximi etiam Vxorē attentarat, eius scilicet, qui Gratiano cæso, Tyrannidem arripuit, & à Magno Theodosio postea necatus est,

ex

ex Filia nepotis. Vt insidias Valentiniano strueret, propterea quod is Vxorem eius stuprasset, Ætium apud eundem detulit; quo cæso, Repiam ingressus, Imperatorem interemit, & Coniugem eius Eudoxiam desponsauit. Hæc Genserici cum Vandalum Lybia euocat: quo veniente, Maximus ne vno quidem Anno tyrannide potitus, tertio tyrannidis mense, ab Vrso Milite Romano, aut à Genserici Militibus, interemptus, & à Populo membratim discerptus, in Tiberim proiectus est.

FL. ANICIVS PETRONIVS MAXIMVS *occiso Pl. Valentiniano Occidentis Imperium inuadit A. D. XVI. Kal. April.*

A.V.C. 1208. *Christi* 455. *COSS. Pl. Valentinian. Aug. VIII. Anthemius.*

Eudociam Pl. Valentiniani Vxorem desponsat, quæ Genserico Vandalorum Regem in Italiam ad vindictam vocat, hinc Roma à Vandalis obsidetur, & à Militibus Romanis Maximus occiditur, & in Tyberim præcipitatur A. D. Prid. Id. Iuniy.

Aur. ✻ D. N. FL. ANICIVS MAXIMVS P. F. AVG. *Golzius.*

D. N. PETRONIVS MAXIMVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. COM. OB. R. M. Imp. Draconem calcans, dextra Crucem, sinistra Globum cum Victoria. *Ex Const. Christ. Tab. 22. rest.*
D. N. AN. MAXIMVS P. F. AVG. Bustum galeatum, dextra Victoriolam cum Globo, sinistra Scutum, in quo Christi Monogramma.
✻ VIRTVS AVGVSTI CON. Victoria dextra Crucem, sinistra Palmam. *Strada fol.* 222.
PETRONIVS MAXIMVS.
✻ VICTORIA AVGGG. . . . *Schedæ Sponnianæ, ex Cimeliis D. Abbatis de Camps.*

205

FL. MAECILIVS AVITVS.

VT Maximus ad Imperium peruenit ad Theodoricum Gothorum Regem Auitum Legatum misit, ad Fœdus, Pacemque fanciendam. Theodoricus Pacem dat ea lege, vt Auitus Augustalia sumat Insignia, quod facit Magno Galliæ plausu, & consensu. Firmatis in Gallia Rebus, occisoque Maximo Auitus in Italiam descendit Gothico præsidio munitus, vbique pacificè excipitur, præsertim à Senatu Romano, hinc Gothos in Patriam remittit, sed breui à S. P. Q. R. Vrbe deiicitur, post à Ricimere Patritio captus abdicare Imperio cogitur A. D. XVI. Kal. Iul. & Placentiæ Episcopus ordinatur.

M. MAECIL. AVITVS AVG. *Theodorico Auctore in Gallia dicitur A. D. VI. Idus Iulias.*

A.V.C. 1208. *Christi* 455. *COSS. Placid. Valentinian. Aug. III. Anthemius.*

Aur. ✻ D. N. FL. MAECILLI. AVITVS P. F. AVG. *Golzius.*

D. N. AVITVS P. A. P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. A. R. COM. OB. Imp. dextra Lauream, sinistra Globum cum Victoria sinistro pede Captiuum calcans. *Const. Christ. Tab.* 22.

D. N. AVITVS TR. P.

A.V.C. 1209. *Christi* 456. *COSS. Fl. Iohannes. Fl. Varari.*

Auitus hoc anno A. D. VI. Id. Iul. abdicat Imperio, & Episcopus Placentia ordinatur.

206

FL. LEO.

GRæcianici sanguinis, factione Asparis Imp. factus, & Augustus creatus: cuius Filium cum inuitus Cæsarem creasset, post ea cum Ardaburio, vt insidiarum in se authores interfecit, Leonemque Nepotem ex Filia Ariad-

na,

na, & Zenone, successorem sibi esse voluit. Huius Imperij tempore Tertæ motus grauissimus Antiochiæ, & incendium fœdissimum quatriduanum Byzantij, quo ciuitas magna ex parte conflagrauit, & Italia fuit in motu perpetuo. Cum Orientale Imp. 17. annis rexisset, obijt V. C. 1227.

FL. LEO *mortuo Marciano in Oriente* AVG. *dicitur*, TR. P. *accepta ab Exercitu A. D. VII. Idus Febr.*

COSS. Fl. Constantinus. Fl. Rufus. — *A.V.C.* 1210. *Christi* 457.

Leo, Maioriamum Occidenti Imperatorem dat.

ÆR. LEO BAS. CONSTANS. Tria Capita cum Pectoribus.
BASIL. CONSTANZI. LEON. EN. . . . .
BASIL. ROMEON. In medio Nummo.
LEON. BASILEVS ROM. . . . .
LEON. EN ΘHO BASILEVS ROMEON. In medio Nummo.
. . . . .
✱ SALVS REIPVBLICAE. Imp. dextra Labarum, sinistra Orbem tenens, Captiuum calcans. *Patin. Ind. fol.* 34.

FL. LEO TR. P. I. II. COS. — *A.V.C.* 1211. *Christi* 458.

COSS. Leo Aug. Maiorianus Aug.

FL. LEO TR. P. II. III. COS. — *A.V.C.* 1212. *Christi* 459.

COSS. Fl. Ricimer. Fl. Patricius.

LEO TR. P. III. IV. COS. — *A.V.C* 1213. *Christi* 460.

COSS. Magnus. Apollonius.

LEO TR. P. IV. V. COS. — *A.V.C.* 1214. *Christi* 461.

COSS. Severinus. Dagalaiphus.

Maiorianus Aug. à Ricimete extinguitur, & Seuerus AVG. *dicitur.*

LEO TR. P. V. VI. COS. II. — *A.V.C.* 1215. *Christi* 462.

COSS. Leo Aug. II. Lib. Seuerus Aug.

Bellum Ostrogothicum muneribus, & stipendijs auertit, Leo Aug., & Theodimiri Regis Filium Theodoricum obsidem accipit.

Aur. D. N. LEO PERPET. AVG. Caput Vittatum, Pectore Trabeato, dextra Syngraphas, sinistra Crucem.
✱ VICTORIA AVGGG. T. H. C. O. B. Imp. habitu Consulari sedens, dextra Volumen, sinistra Crucem, ad latus duæ Stellulæ. *Const. Christian. Tab.* 23.

LEO TR. P. VI. VII. COS. II. — *A.V.C.* 1216. *Christi* 463.

COSS. Decius Basilius Faliæ. Fl. Vibianus.

LEO *Zenoni Genero Patriciam confert dignitatem.*

LEO TR. P. VII. VIII. COS. II. — *A.V.C.* 1217. *Christi* 464.

COSS. Fl. Rusticus. Fl. Anicius Olybrius.

Burger Alanorum Rex à Patricio Ricimete cum Exercitu apud Bergomum fusus.

LEO TR. P. VIII. IX. COS. II. — *A.V.C.* 1218. *Christi* 465.

COSS. Fl. Herminericus. Fl. Basiliscus.

Constantinopolitanum incendium maximum, & Seueri Aug. mors.

LEO TR. P. IX. X. COS. III. — *A.V.C.* 1219. *Christi* 466.

COSS. Leo Aug. III. Ti. Fabius Titianus.

LEO TR. P. X. XI. COS. III. — *A.V.C.* 1220. *Christi* 467.

COSS. Fl. Pusæus. Fl. Iohannes.

Anthemio Occidentale Imperium à Leone defertur, & eiusdem Filio Marciano Filiam spondet. Classem maximam parat contra Genfericum.

LEO TR. P. XI. XII. COS. III.

COSS. Anthemius Aug. II. sine Collega.

*A.V.C.*1221. *Christi* 468. *Tribus Classibus contra Genserícum per Duces Leonis pugnatur, Marcellini, & Heraclij vincunt, Basiliscj verò vincitur, fugatur, & capitur.*

Aur. D. NO. LEO. Leo manu Crucem tenens.
VICTORIA. Crux.
D. N. LEO PERPET. AVG.
* VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria alata stans, dextra expansa cum Laurea, sinistra cum Globo Cruciger. *Const. Christian. Tab.* 23.

LEO TR. P. XII. XIII. COS. III.

COSS. Fl. Marcianus. Fl. Zeno.

*A.V.C.*1222. *Christi* 469. *Reges OstroGothi Sangas in media Pannonia inuadunt, Dinzio Attila Filius illis occurrit, qui ab iisdem vincitur, & interficitur.*

LEO TR. P. XIII. XIV. COS. III.

COSS. Fl. Severus. Fl. Iordanes.

*A.V.C.*1223. *Christi* 470. *Genserícus Classem contra Basiliscum in Sicilia Stationem habentem educit, pugnatur, vincitur, & fugatur Genserícus.*

Aur. D. N. LEO PERPET. AVG.
* VICTORIA AVGG. COM. OB. Victoria stans, dextra Crucem, ad sinistrum latus Stella. *M. N.*
* VICTORIA AVGGG. } COM. OB. Imp. dextra Crucem, sinistra Victoriolam, dextro pede Caput Draconis calcans. *Ex Consp. Christiana Tab.* 23. *rest.*
* } CON. OB. Victoria dextra Crucem gestans, ad latus Stellula. *Ex eadem restitut.*

LEO TR. P. XIV. XV. COS. IIII.

*A.V.C.*1224. *Christi* 471. *COSS. Leo Aug. IIII. Fl. Probianus.*

Aspar, & Ardaburiti eius Filiti iam CAESAR affectata Tyrannidis rei occiduntur.

LEO TR. P. XV. XVI. COS. IV.

*A.V.C.*1225. *Christi* 472. *COSS. Fl. Festus. Fl. Marcianus.*

Ricimer Pacem ab ANTHEMIO *petit, & obtinet, mox cum Exercitu Romam veniens, Vrbe capta eum capit, & necat.* OLYBRIVS *in Anthemij locum suffícitur, sed paulo post morbo extinguitur.*
IVL. NEPOS *Cæsar declaratus ad Occidentale Imperium accipiendum se parat.*

LEO TR. P. XVI. XVII. COS. V.

COSS. Leo Aug. V. sine Collega.

*A.V.C.*1226. *Christi* 473. GLYCERIVS *à Gundibario Patricio* AVG. *dicitur in Occidente.* LEO *Aug. Nepotem* LEONEM, *Cæsarem creat.*

Aur. D. N. N. LEO AVG. Capita Leonis Aui, & Leonis Nepotis se respicientia.
* VICTORIA AVGG. CON. OB. Victoria stans, dextra Crucem, sinistra Globum cum Victoria. *Hulfius.*

LEO TR. P. XVII. COS. V.

COSS. Leo Iun. Aug. sine Collega.

*A.V.C.*1227. *Christi* 474. *Hoc anno mense Ianuario moritur* LEO *Senior Augustus*, LEONE *Nepote* AVGVSTO *renunciato.*

207



AELIA VERINA.

Leonis Imperatoris Vxor, quæ illi plures Fœminas peperit.

D. L.

Aur. D. N. AELIA VERINA. *Spanhem. fol. 640.*

AELIA VERINA AVG.
✻ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſt. Chriſtian. Tab. 23.*

208

FL. IVL. MAIORIANVS.

A Leone Auguſto Magiſter Militum dictus in Italiam ad Occidentale Imperium ſuſcipiendum mittitur, & Kal. April. A. V. C. 1210. Chriſti 457. AVG. dicitur ab Exercitu ad Columellas propè Rauennam. Campaniam à Vandalis tuetur; Claſſe comparata contra Genſericum, ad eundem habitu Legati accedit, eiuſque viribus exploratis redit ad Claſſem, indè in Mauritaniam, mox in Africam cum Claſſe traijcit, Carthaginem obſidet, ſed morbo detentus occaſione rei benè gerendæ amiſſa, Rauennam redit. Audita Populatione Galliarum à Theodorico facta, contra eum mouens, Hoſtibus ſuperbis Pacem Gallijs reddidit, mox eandem à Genſerico petitam conceſſit: Ludos Circenſes cum Epulo Arelate dedit, cumq; Alanis bellum inferret in Gallijs ab iiſdem vltro reuocatur in Italiam, vbi à Ricimete per diſpoſitos ſatellites comprenſus, Imperio abdicare cogitur, & ad Hyram fluuium occiditur.

FL. IVL. MAIORIANVS *à Leone in Italiam mittitur ad Occidentale Imperium recipiendum* AVG. *dicitur ab Exercitu A. D. Kal. Aprilis.*

COSS. Conſtantius. Rufus.

A.V.C. 1210. *Chriſti* 457

Maiorianus Claſſem parat, & Campaniæ ora à Vandalis tuetur.

Aur. D. N. IVL. MAIORIANVS AVG.
✻ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſt. Chriſtian. Tab. 23.*
D. N. IVL. MAIORIANVS P. F. AVG.
Chriſti Monogramma in medio Laureæ, infra quam CON. OB.

Ar. D. N. IVLIVS MAIORIANVS P. F. AVG.
✻ VOTIS MVLTIS. Miles ſtans dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum. *Conſt. Chriſtian. Tab. 23.*

MAIORIANVS TR. P. I. II. COS.

COSS. Leo Auguſtus. Maiorianus Aug.

A.V.C. 1211. *Chriſti* 458.

Claſſem contra Vandalos in Africam ducit, Carthaginem obſidet, ſed morbo correptus Rauennam redit.

MAIORIANVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Ricimer. Fl. Patricius.

A.V.C. 1212. *Chriſti* 459.

Theodoricus Gothorum Rex Gallias vexat, & plura oppida capit.

MAIORIANVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Magnus. Apollonius.

A.V.C. 1213 *Chriſti* 460.

Theodoricum Viſigothorum Regem vincit, & ab vſurpatis Imp. Romano terris expulit Maiorianus, & Pacem cum Genſerico facit.

Aur. D. N. IVLIVS MAIORIANVS P. F. AVG, Capite Galeato Haſtam tenens, & Peltam, in qua Chriſti Monogramma.

VICTORIA AVGGG, COM. OB. { A, K. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum cum Cruce, ſiniſtra Globum cum Victoria. / RV. Eodem Typo. / N. D. Eodem Typo. / AR. Eodem Typo. / Figura vt ſuperior inſiſtens Serpenti.

Æ. D. N. IVL. MAIORIANVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. { CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam, *Conſt. Chriſtiana Tab. 23.* / ✻ P. V. Eodem Typo. *ibidem.*

VIRTVS AVGG, Victoria gradiens. *Patin. Ind. fol. 34.*

MAIO-

MAIORIANVS TR. P. IV. V. COS.

*A.V.C.*1214. *Christi* 461. *COSS. Fl. Seuerinus. Fl. Dagalaiphus.*

Bellum Alanis infert Maiorianus, Alani Italiæ minantur, Maiorianus in Italiam redit, vbi à Ricimete Patricio ad Hyram Fluuium necatur A. D. VIII. Id. Aug.

209

FL. LIBIVS SEVERVS.

AD Rauennam Imp. factus, & Augustus salutatus, Imp. arripuit: qui superato Biorgo Rege Alanorum, lauream meruit, quarto Imperij anno nondum impleto occubuit, vel, vt alij, Romæ veneno obijt.

FL. LIBIVS SEVERVS *à Ricimete, & Exercitu* AVG. *dicitur A. D. XIII. Kal. Septembris.*

*A.V.C.*1214. *Christi* 461. *COSS. Fl. Seuerinus. Fl. Dagalaiphus.*

Genserico Vandalorum Regi Insulas Africæ obiectas incursanti, acriter restitit Seuerus.

Aur. D. N. LIBIVS SEVERVS P. F. AVG.
SALVS REIP'VBLICAE CON. OB. Christi Monogramma in Corona Laurea.
✲ VICTORIA AVGGG.) R. A. Imp. stans, dextra Crucem, sinistra Globum, dextro pede calcans Draconem. *Strada fol.* 224.
✲) R. V. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab.* 23.
CON. OB. R. M. Victoria Crucem, aut Labarum tenens.

Ar. D. N. LIBIVS SEVERVS AVG.
✲ Christi Monogramma in Laurea, infra R. M. *Const. Christ. Tab.* 23.

